gratiosam assumi a rege in matrimoniū mediāte sua no
bilitate: ꝛ gratiositate: ꝛ sic verum est s̄ȝ cōem opinionē
Instātia. animaȝ fuisse assumpta gr̄a mediāte. ¶ Sed cōtra hoc
aliq sic arguūt exñtia accñtia in s̄bto ordine nāe p̄suppo
nit existentiaȝ subiecti: sed gratia anie xp̄i est in aia xp̄i
sicut acc̄ns in subiecto: ergo actualis ꝛ realis exñtia eius
in anima xp̄i presupponit actualēȝ ꝛ realem exñtiaȝ anie
xp̄i: sed anima xp̄i nūq̄ȝ habuit actualēȝ ꝛ realem exñtiā
nisi in verbo: ergo prius ordine nature fuit vnita verbo
vt supposito q̄ȝ fuerit subiectum gr̄a: nō potest ergo dici
fuisse assumpta a verbo mediāte gr̄a actual'r ꝛ real'r exi
stente in ea: q̄ si actualis ꝛ realis exñtia gr̄e in ea reddi
disset eā congruā ad hoc vt assumeretur a verbo: pri⁹ or
dine nature fuisset in ea gr̄a actual'r ꝛ real'r q̄ȝ a verbo fu
isset assumpta. qd̄ ostensum est falsum esse. ¶ Dicūt ergo di
cunt animā xp̄i ꝑ tāto fuisse assumptā mediāte gr̄a tāq̄ȝ

ctis vna cõis résultans ex vnione nature humane ad diuinã in dño iesu xp̃o nõ est cõez spẽz accipe. i. nõ sic ẽ ponere in xp̃o vnã nãz cõez cõstitutã ex diuina nã ⁊ hũana: vel ex dĩna psona ⁊ nã hũana: sicut in nobis ex vniõe corporis ⁊ anime qd̃ in assumptibile est: icurabile est. i. si aliquid de nostra natura nõ assumpsisset illud nõ curatum fuisset: nõ cõgruerit. Nota ꝗ nõ dicit nõ potuerit: predicant illum visibilẽ solem radios per oẽs feces spergere: ⁊ eos mũdos ⁊ sinceros seruare: cuius rõ est: quia sol cum inferioribus corporibus nõ cõicat in materia: neqʒ cum materiatex qua neqʒ cũ materia in qua sicut dicimus ꝗ anima est in corpore: vt in materia: cuz ergo deus in nullo cum istis inferioribus cõicet nullo modo potuit p carnis assumptionem inquinari per spũm animã: idest per portionez anime superiorem: portionem anime inferiorẽ vel per intellectiuam sensitiuã ⁊ vegetatiuã. Ex quo hominem deus assumpsit: idest naturez hominis nec caro prius fuit concepta ⁊ postmodum assumpta: verum est sm̃ ordinem temporis nõ nature.

Dist. 3. ¶ De carne quaz verbuz assumpsit qualis ante fuerit: ⁊ qualis assumpta sit. Dist. III.

De xp̃i cõceptiõe. Queritur etiaz de carne verbi: an prius ꝗ̃ conciperetur obligata fuerit peccato: an ⁊ talis assumpta fuerit a verbo? Sane dici potest ⁊ credi oportet: iuxta sanctoꝝ attestationis conuenientiã: ipsaz prius peccato fuisse obnoxiã sicut reliqua virginis caro: sed spiritus sancti operatione ita mundataz: vt ab omni peccati contagione imunis vniretur verbo. Pena tãtuz non necessitate: sed voluntate assumentis remanẽte. Mariaz quoqʒ totã spiritus sanct⁹ in eã preueniens a peccato prorsus purgauit: ⁊ a fomite pcti etiaz liberauit: vel fomitez ipsuz penitus euacuando: vt quibusdã placet: vel sic debilitando ⁊ extenuãdo: vt ei postmoduz peccandi occasio nullatenus extiterit. Potentiã quoqʒ generandi absqʒ viri semine virgini preparauit. Ita eniz verba euangelij docent: vbi angelus virginez alloquens ait. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Et quod nascetur ex te sanctuz vocabitur filius dei. Cui sacra virgo respondit. Ecce ancilla domini: fiat mihi sm̃ verbũ tuuz.

Oĩa nõ solũ illa caro: sʒ ẽt sacra virgo ab oĩ peccato a spiritu sancto fuit mũdata.

Luc. 1.

Jo. dam. Quod exponens Joannes ait. Post cõsensuz sancte virginis: spũs sanctus preuenit in ipsaz: sm̃ verbuz domini quod dixit angelus purgãs ipsaz: ⁊ potentiaz deitatis verbi receptiuaz preparans simul aut̃ ⁊ generatiuã. Et tunc obumbrauit ipsaz dei altissimi per se sapientia ⁊ virt⁹ existẽs: idest filius dei patris homousios: idest consubstantialis sicut diuinuz semen. Et copulauit sibiipsi ex sanctissimis ⁊ purissimis ipsius virginis sanguinibus: nostre antique cõspersionis carnez animataz anima rationali ⁊ intellectiua: nõ seminans: sed per spirituz sanctũ creans: quare simul caro: simul dei caro: simul caro animata aĩa rõnali ⁊ intellectu fil' dei verbi caro aĩata rationali ⁊ itellectiua. Ex his perspicuũ fit quod ante diximus: carnez: scʒ verbi simul conceptaz ⁊ assumptaz: eandẽqʒ imo totaz virginez spiritu sancto preueniẽte ab omni labe peccati castificataz. Cui collata est potentia nouo more generandi: vt sine coitu viri: sine libidine cõcipientis in vtero virginis celebraretur cõceptus dei ⁊ hominis. Illa eniz caro quã deus de virgine si[illegible] vnire dignatus est sine vitio concepta: sine peccato nata est: hanc tamen carnẽ nõ celestis: nõ aeree: non alterius cuiusqʒ putes esse nature: sed eius cuius est omniuz hominum caro.

¶ Auctoritate firmatur ex tunc fuisse virginem immunem a peccato.

Quod autem sacra virgo ex tũc ab oĩ peccato immunis extiterit. Aug. euidenter ostendit in libro de natura ⁊ gratia inquiens. Excepta sancta virgine Maria: de qua propter honorez domini: nullaz prorsus cuz de peccatis agitur haberi volo questionẽ. Inde eniz scim⁹ ꝗ ei plus sit gratie collatuz ad vincenduz ex omni parte peccatuz: ꝗ concipere ac parere meruit: quã cõstat nulluz habuisse peccatuz. Hac ergo virgine excepta: si omnes sancti ⁊ sancte congregari possent: ⁊ quererẽt ab eis an peccatuz haberẽt quid responderent nisi sm̃ ꝗ Joannes ait. Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus nosipsos seducimus. Illa autem virgo singulari gratia preuenta est atqʒ repleta: vt ipsuz haberet ventris sui fructuz quez ex initio habuit vniuersitas dominuz: vt illud quod nascebatur ex propagine primi hominis: tantũmodo generis: nõ criminis originem duceret.

Aug. c. 8. circa medium.

1. Jo. 1.

¶ Quare non fuit christus decimatus in Abraham sicut Leui. Cum caro quaz accceperit in eo fuit peccato obnoxia.

Cum autem illa caro cuius excellẽtia singularis verbis explicari non valet: anteꝗ̃ esset verbo vnita obnoxia fuerit peccato in maria ⁊ in alijs a quibus propagatione traducta est: nõ immerito videri potest in abrahaz peccato subiacuisse: cuius vniuersa caro peccato subiacebat. Vñ queri solet quare leui decimat⁹ dicatur in abrahã ⁊ nõ christus: cuz in lumbis abrahe vterqʒ fuerit sm̃ materialez rationem quando abrahaz decimatus est: ⁊ decimas dedit melchisedech. Tunc eniz apostolus Leui decimatũ dicit in abrahaz tãꝗ̃ in materiali causa. Quia ea decimatione sicut abrahã minor Melchisedech ostenditur: cui personaliter decimas soluit: ita ⁊ leuiticus ordo qui in abrahaz sm̃ rationez seminalem erat: ⁊ ex eo per concupiscentiaz carnis descendit: christus aut̃ nõ est decimatus:

Qua intelligẽtia leui decimatus dicat̃ i abrahã.

quia licet ibi fuerit scdm carnem non tamen descendit scdm legem cõem: scilicet per carnis libidinem: sicut etiam in adam omnes peccauerunt:
Aug. sup Gen. sed nõ christus. Unde Aug°. super Gen. sicut adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerunt: sic Abraham dante decimas qui in lumbis eius erant decimati sunt: sed hoc non sequitur in christo: licet in lumbis Ade et abrahe fuerit: quia nõ scdm cõcupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo leui et christus scdm carnem essent in lũbis abrahe quando decimatus est: ideo pariter decimati nõ sunt: quia scdm aliquem modum non erat ibi christus quo erat ibi leui. Secundũ rationem quippe illam seminalem ibi fuit leui: qua ratione per concubitum venturus erat in matrem: scdm quã rationẽ nõ erat ibi christi caro quamuis scdm ipsam ibi fuerit marie
Scdm alique modũ ibi fuit leui qȝ nõ xpo. caro. Ille ergo decimatus est in abrahã qui sic fuit in lumbis abrahe: sicut ille fuit in lumbis patris sui: idest qui sic est nat° de patre abraham sicut ille de patre suo nat° est: scilicet per legem carnis et inuincibilem concupiscentiam.

¶ Qua ratione caro christi dicta est in scriptura nõ fuisse peccatrix sed similis: quo aperit quare obligata peccato nõ fuit in xpo.

Quocirca

primitias nostre masse recte assumpsisse dicit christus: quia nõ carnem peccati: sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filium suum: vt ait apostolus: in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim verbum carnem peccati similem in pena et non in culpa: et ideo nõ peccatricem.
Augu. de vbis apli Cetera vero hominũ omnis caro peccati est. Sola illius nõ est caro peccati: quia nõ eum mater concupiscentia: sed gratia concepit: habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem et mortalitatem: quia esuriit: sitiit: et huiusmodi. Licet ergo eadem caro sit que et nostra: nõ tamen ita facta est in vtero sicut nostra. Est enim sanctificata in vtero: et nata sine
Hiero. peccato: et nec ipse in illa vnquam peccauit. In pena ergo similis est nostre: nõ in qualitate peccati: quia pollutionem que ex cõcupiscentie motu concepta est omnino nõ habuit: nec ex carnali delectatione nata est. Uenit ergo ad corp° im-
Error cõponit. maculatum: quod preter libidinis concupiscentiam fuit cõceptum: nec illud in se habuit vitiũ quod in aliis est causa peccati: nec in eo peccauit. Ideoque vere dicitur verbi caro non fuisse in christo obligata peccato.

¶ Quidam videntur aduersari illi sententie qua dictum est carnẽ xpi nõ prius conceptã quam assumptã.

Illi autem

sententie qua supra diximus carnẽ verbi non ante fuisse conceptam quam assumptam: videtur ob-
Aug°. uiare qd Aug. ait super Joã. vbi legitur. Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei sexagintasex annis edificatum est hoc templum: et in tribus diebus excitabis illud. Hic inquit numerus perfectioni dominici corporis conuenit: quia vt dicunt physici tot diebus forma humani corporis perficitur. Horum occasione verborum quidam dicere presumpserunt dominici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectã: et membrorum lineamentis distinctã: et mox verbum dicitur sibi vniisse carnem et animã: et hoc modo dicunt illũ numerum perfectioni dominici corporis conuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit ex qua sane oritur intelligẽtia verbi. Non enim ideo illud dixit Augu. quin mox vt caro illa opere spirit° sancti sanctificata: et a reliqua separata fuit verbo dei cum aia vniretur: vt perfectus et verus deus esset perfectus et verus homo. Sed quia membrorum illius dominici corporis distinctio in ipso momẽto conceptionis et vnionis dei et hominis adeo tenuis erat et parua: vt humano visui vix posset subiici: diebus autem quos Augu. memorat perfecta est et notabilis facta. Incarnatum est ergo verbum:
vt ait Joan. damas. et a propria incorporalitate non recessit: et totum incarnatum est: et totum incircũscriptum. Minoratur corporaliter et cõtrahitur: et diuine est incircũscriptum: non coextensa carne eius cum incircũscripta diuinitate. In omnibus igitur qui super omnia erat: et in vtero sancte genitricis existebat: sed in ipso actu incarnationis. Jo. dam. quo in virgine qui erat vbique.

Ueritur etiam

de carne verbi. Superius determinauit Magister de persona naturam humanã assumẽte: et de modo assumendi. Hic determinat de qualitate nature assumpte: et diuiditur pars ista in partes quatuor. ¶ Primo ostẽdit Magister qualis fuerit in virgine caro illius humane nature: quam filius dei assumpsit. ¶ Secũdo qualis fuerit in patrib° antiquis ibi. [Cum autem.] ¶ Tertio qualis assumpta est a dei filio: idest quo circa. ¶ Quarto qualis fuerit in vtero virginis illius carnis formatio. ibi. [Illi autẽ sentẽtie.]

Circa

hanc distinctionem de tribus est principaliter querendum. ¶ Primo de matris xpi sanctificatione. ¶ Secũdo de xpi cõceptione. ¶ Tertio de eius sanctificatione. ¶ Circa primũ querũtur quatuor. ¶ Primo vtrum caro virginis fuerit sanctificata antequam aiata. ¶ Secũdo vtrum ipsa virgo fuerit sanctificata anteq̃ de vtero nata. ¶ Tertio vtrum post primã sanctificationem aliquod peccatum habuerit. ¶ Quarto vtrum post sanctificationem secundã qua sanctificata fuit in conceptione filii dei peccare potuerit.

¶ Questio. I. Q. ó. i.

Primo

ostendo quod caro virginis fuit sanctificata anteq̃ animata. Aposto- Ar. p°
lus ad Rom. xi. Si radix sancta et rami. Sed parentes beate virginis qui fuerunt ei° radix sancti fuerũt: ergo videtur quod caro virginis ex eis traducta sancta fuit antequam animata. ¶ Item nisi caro ei° fuisset Secũdo
sanctificata antequam aiata anima eius cõtraxisset originale peccatum:

peccatum:sed anima virginis originale peccatum nō cō
traxit:sicut enim dicit Ansel.in li.de ꝯceptione.v.longe
vltra medium.Decēs erat:vt ea puritate:qua maior sub
Tertio. deo ne qd intelligi:virgo illa niteret.ergo videt ꝙ caro
fuit sanctificata:anteq̄ aiata. ¶ Itē de re nō sancta:nō
est solēnizādum:sꝫ ꝯceptio carnis beate virginis est solē
nizāda.M[...]t enim eam solēnizant:nec reprehendunt:
ergo videtur ꝙ fuit sancta anteq̄ animata.

In oppm. **Contra.** cōtraria nata sunt fieri circa idem:sꝫ petīm nunq̄ est in carne ante aiationē.ergo nec
Secūdo. sanctitas. ¶ Itē sicut se hꝫ glorialis corpis ad gloriā aie:
sic videt se hꝫ sanctitas carnis ad sanctitatem aie:sꝫ cor
pus nunq̄ glorificat:nisi per anime glorificationē:ergo
nec caro sanctificat:nisi per anime sanctitatem.

Ad qōnē ɓm mētē ꝓpriam. **Respondeo** ꝙ sicut petīm potest dici eē in ali
quo:sicut in subiecto ɓm quē mo
dum est in sola rōnali:vel itellectuali creatura:⁊ sicut in
cā ɓm quem modū dicit esse in carne ifecta sic carnē vir
ginis ante aiationē fuisse sanctificatā dupl'r potest intel
ligi:vno modo ita ꝙ ante aiationē facta fuerit subiectū
sanctitatis:⁊ sic nō potuit esse verum.Nulla enim crea
tura nisi rationalis:vel intellectualis potest esse sanctita
tis subiectum.Alio modo ita ꝙ illi carni fuerit data aliq̄
dispositio per quā esset in anima sibi vnienda sanctitatis
causatiua.⁊ hoc etiam nō est verū.Anima enim virginis
ex sui vnione ad illam carnem petīm originale cōtraxit.
Unde Ansel.2.li.cur deus homo:quasi in medio lib.di
cit de beata virgine ꝙ in iniquitate ꝯcepta est.⁊ in pecca
tis ꝯcepit eam mr̄ eius:⁊ cum peccato originali nata est:
qd̄ de natiuitate in vtero intelligēdum est. Augu.etiam
super Gen.bene vltra medium:dicit de carne virginis
ꝙ fuit concepta de propagine carnis peccati.

Ad pm. **Ad primum** in oppositum cum dicit ꝙ si ra
dix sancta ⁊ rami.⁊c̄.dico ꝙ ve
rum est:si radix est ramorū sub rōne qua sancta:parētes
aūt beate virginis sancti fuerāt rōne psone formal'r:non
causal'r rōne nature:rōne cuius ab eis fuit caro virginis
Ad 2m. ꝓpagata. ¶ Ad scdm dicēdū:ꝙ minor falsa est.Anima
enim virginis petīm originale ꝯtraxit.Descēdit enim ca
ro eius a pmis parētibus ɓm nālis ꝓpaginis legem:nec
obstat illa auctoritas Ansel.allegata:quia illi puritas soli
homini deo debebat:vt nulla vnq̄ peccati seruitute te
neretur:ad quā pertinebat diuī redemptio a peccato:sꝫ
post hanc puritatem matrem eius decuit hēe maximā.
Ad 3m. ¶ Ad tertiū dōm:ꝙ ꝯceptio nature humane beate vir
ginis nō carnis eius tm̄ solēnizatur nō habēdo aspectū
ad illum momētū quo eius aia petīm originale habuit:
sed ad sanctificatiōem per quā ab originali peccato mun
data fuit ꝙ eodem die cito post ꝯstitutionem nature ei'
Qō. II. pie creditur esse factum. Questio. II.

Ar. pº **SEcundo** querit vtrum virgo sanctifi
cata fuerit anteq̄ d vtero na
ta.Et videt ꝙ nō Aug.ad Dardanū:ppe me
dium eple:illa sanctificatio qua singuli effici
mur templa dei:⁊ in vnū oēs templū dei:non est nisi re
Secūdo. natorū:ꝙ nisi homines esse nō possunt.ergo nullus ante
natiuitatē sanctificat. ¶ Item glo.sup illud ad Ro.8.
Ut sit ipse pmogenit' in multis fratrib':dicit de xp̄o ꝙ
Tertio. primus sine pctō nat' est:sꝫ mater eius fuit ante ipm na
ta.ergo prius fuit nata q̄ sanctificata. ¶ Itē magister in
littera dicit de carne xp̄i ꝙ anteq̄ esset v̄bo vnita obno
xia fuit pctō in maria:qd̄ nō videt fuisse verū:si maria añ
suam natiuitatē in vtero fuisset sanctificata:qꝛ quando
fuit sanctificata:fuit a peccato mundata.

In oppm. **Contra.** ecclesia non solemnizat pro alicuius na
tiuitate:nisi fuerit natus in sanctitate:sed
solemnizat pro beate virginis natiuitate. ergo nata fuit
ex vtero in sanctitate.

Respondeo ꝙ virgo beata fuit sanctificata:an Ad qōnē
teq̄ de vtero nata:qd̄ ꝓbat aucto ɓm mētē
ritas ecclesie:que natiuitatē eius solēnizat:⁊ etiam ꝓbat ꝓpriam.
ex sacra scriptura p locū a minori:qꝛ ex quo Joā ⁊ Hie
remias de qbus minus videt q̄ de matre xp̄i:ante nati
uitatē ex vtero sanctificati sunt:vt habet Hiere.1.⁊ de
Joā.bap.Luc.1.Multo fortius h̄ credēdū ē de mr̄e dn̄i
nr̄i Jesu xp̄i.Ad hoc etiā est auctas bernardi in eplā ad
lugd.que est in ordine:⁊ numero eplaꝝ suaꝝ.163.dicen
tis.Fuit ꝓculdubio mr̄ dei ante sancta q̄ nata.rō autē
quare sacra scriptura eius sanctificationē anteq̄ nascere
tur non testificat exp̄sse est vt nobis det intelligi ꝙ tante
excellentie est esse matrē dei ꝙ habito expresse hoc testi
monio de eius sanctificatione:anteq̄ nasceretur rationa
biliter non potuit dubitari.

Ad primum in oppositū dōm:ꝙ illa scificatio Ad pm.
de qua loquit Augu.ibi est illa q̄
fit per sacrm baptismi que nō ꝯuenit nisi ex vtero natis:
qꝛ sicut in q̄rto ostēdet:Puer in ventre matris baptiza Ad 2m
ri nō pōt. ¶ Ad scdm dōm:ꝙ illa glo.intelligēda est de
natiuitate in vtero:que est qn in vtero ex vnione aie cū Ad 3m
corpore ꝯstituit homo. ¶ Ad 3m dōm:ꝙ caro virginis:
post suā natiuitatē ex vtero:nō dī obnoxia fuisse pctō:qꝛ
petīm fuit in virginis aia:sꝫ ꝓpter fomitē qui cēntial'r re
māserat in carne:q̄uis eā nō iclinaret ad malū:nec red
deret eā difficilem ad bonum propter abundātiam gra
tie eā ad bonum inclinantis:⁊ impedientis inclinatio
nem fomitis ad malum. Questio. III. Qō. III.

TErtio querit vtrum post pmā sanctifica Ar. pº
tionē aliqd̄ habuerit petīm.Et vi
detur ꝙ sic.Augu.in lib.questionū noui ⁊ ve
teris testamenti.q.54.inter questiones noui te
stamenti tractans illud Luc.2.Tuam ipsius animā per
transibit gladius dicit ꝙ maria in morte dn̄i dubitauit: Secūdo.
sꝫ dubitare in fide petīm est. ¶ Itē Aug.in eodē lib.q.9.
inter qōnes noui testamēti dicit:ꝙ spūs scūs purificauit
ꝙ de maria virgine corpus saluator ꝯtulit:sꝫ purificatio
nō est nisi a pctō.ergo virgo maria post pmā scificatio Tertio.
nē petīm habuit. ¶ Itē Dam.li.3 c.2.dicit ꝙ post ascē
sum sancte virginis spūs scūs superuenit sup ipsā ɓm ser
monē quē dixit angelus purgans ipsam:sꝫ illa purgatio
non videt fuisse:nisi a peccato:ergo videtur ꝙ post pri
mam sanctificationem peccatum habuit. In oppm.

Contra. Bernar.in epla ad Lugdu q̄ est in nūero
eplaꝝ suarū.163.dicit. Puto ꝙ copiosius
munus grē in eam descēderit que nō solū eius sanctifi Secūdo.
caret ortū:sꝫ eā deicepo ab omni pctō custodiret imunē.
¶ Itē beat' Joā.baptista post suā scificationē in vtero
nō peccauit:vt videt:cū de ipso cantat ecclesia:Ne leui
saltē maculare vitā famine posset.ergo multo forti' ma
ria virgo post suam sanctificationem non peccauit.

Ad qōnē ɓm mētē ꝓpriam. **Respondeo** ꝙ post pmam sanctificationē vir
go maria nullū penit' petīm ha
buit:nec interius aliquā inclinationem ad petīm:qꝛ per
abūdātiā grē repressus fuit in ea fomes:vel ligat':ne eā
ad malum aliqd inclinaret:vel ad bonum difficilē red
deret:q̄uis per illā grām nōdum eēt ꝯsecuta ꝯfirmatio
nem in bono que total'r excluderet flexibilitatē liberi ar
bitrij ad malum:qꝛ tn̄ fomes eam ad malū nō iclinabat:
nec a bono retrahebat:⁊ abūdantia grē ipsam efficaciter
excitabat ad bonū:⁊ diuinā ꝓuidentiā ipsā mō spāli:⁊
priuilegiato custodiebat:ideo postq̄ purgata fuit ab ori
ginali pctō per ei' sanctificationē in matris vtero q̄ fuit
eius sanctificatio pª:nunq̄ habuit:nec mortale:nec ve
niale petīm.Un̄ Aug.in lib.de nā ⁊ grā non multū ante
mediū dicit:ꝙ de scā virgine maria.ꝓpter honorē dn̄i:
nullā prorsus cū de peccatis agit hēe volo qōnem.Inde
enim scimus ꝙ ei plus gratie collatum fuerit ad vincen

dum omni ex parte peccatum que ꝯcipere:ac parere me
ruit eum quem ꝯstat nullum habuisse peccatum.

Ad pᵐū **Ad primum** in oppositum dicēdum:ꝙ in illa
auctoritate accipit dubitatio pro
admiratione nō pro hesitatione:nec mirādum si admira
Ad 2ᵐ batur dum ꝯsiderabat ꝙ deus ⁊ homo:ita ignominiose
tractabat. ¶ Ad scdm dicēdum:ꝙ ibi accipit purifica-
tio non pro purgatione ab aliquo pctō:sed pro totali so-
mitis a motione qui per pmaȝ sanctificationē:q̄uis vir
ginem nō inclinauerit ad maluȝ:tñ non erat eradicatus
eēntialr:sed per secūdam sanctificationem que fuit in cō
Ad 3ᵐ ceptione filij dei totalr admot⁹ est:vt in sequēti qōne de-
clarabit. ¶ Simili mō soluēdū est ad tertiū. Qō. IIII.

Qō. IIII. **Quarto** querit vtrum post sanctificatio
nem secūdam:qua fuit sanctifi-
Ar. pᵒ cata in ꝯceptiōe filij dei peccare potuerit. Et
videt ꝙ sic:in hac vita nobilius eēt nō pecca-
re:⁊ posse peccare:q̄ȝ non posse peccare. Vñ Eccl. 31. dr
ad laudem viri iusti ꝙ potuit transgredi:⁊ non trāsgres
sus:ergo magis fuit ad laudē virginis marie ꝙ potuerit
Secūdo. trāsgredi:⁊ nō sit trāsgressa q̄ȝ ꝙ trāsgredi nō potuerit.
¶ Item fomes est habitualis iclinatio in appetitu sensi
tiuo ad tendēdum in obiectum suū pter rōnē:⁊ ꝯtra ra
tionis imperium ex pctō pmoꝝ parētum mediāte crea-
ta nature corruptio. Fomes ergo vltra carnis eēntiam:⁊
sensitiui appetitus:nihil videt ponere. ergo nec eradica
ri pōt eēntia carnis ⁊ appetitus sensitiui remanētib⁹:sed
post pmam sanctificatiōem remāserūt in virgine carnis
Tertio. eēntie ⁊ appetitus sensitiui. ergo ⁊ fomes:⁊ ex ꝯñti possi
bilitas ad peccādū. ¶ Itē Ans. in li. de casu diaboli. c. 6.
dicit de bonis angelis ꝙ a deo ꝓuecti sūt:vt sint adepti
q̄cquid velle potuerūt:nec iaȝ videant:ꝙ plus velle pos
sint:⁊ ꝓpter hoc peccare nequeunt. Pcisa ergo causa im-
possibilitatis peccandi in hoīe est hīe quicq̄d homo pōt
velle:nec videre quid plus velle possit:sȝ hoc per secun-
dam sanctificationē nō est collatum beate virgini:q: per
eam statum glorie nō habuit. ergo videt ꝙ per secūdam
sctificationē nō fuit ꝯsecuta impossibilitatem peccandi.

In oppᵐ **Contra.** Chri. sup Math. c. 2. sup illud Math. 1.
Inuenta est i vtero hñs de spiritu sancto.
dicit ꝙ possibilitas esse credebat Joseph mulierē sine vi-
ro posse ꝯcipere:q̄ȝ mariaȝ posse peccare:sȝ nemo lauda-
tur de falsa credulitate:ergo post ꝯceptioneȝ filij dei ma-
ria virgo nō plus potuit peccare:q̄ȝ virgo nālr ꝯcipere.

Ad qōnē ṡm mētē doctoris. **Respondeo** ꝙ per secūdam sctificationeȝ vir-
ginis humilitas ꝯcupiscendi que
est fomes fuit totalr in ea destructa:⁊ peccandi possibili-
tas ab ea sublata. Per illam enim sanctificationē fuit in
ea perfecta charitas:⁊ sicut perfect⁹ charitatis actus:nō
pōt esse cum inordinato ꝯcupiscentie actu:ita nec perfe-
ctus charitatis habit⁹:cum humilitate ad ꝯcupiscēduȝ.
Vnde Aug. li. 83. q. qōne. 36. dicit. ꝙ nutrimētum chari
tatis est iminutio cupiditatis:perfectio nulla cupiditas.
Vnde sicut beata virgo post pmam scificationē non fuit
cōcupiscens ṡm actum:ita post secūdam nō fuit cōcupi-
scens ṡm habitum. vñ si post secūdam sanctificatiōeȝ de
carne ei⁹ fuisset aliq̄s purus homo miraculose format⁹:⁊
solis nālib⁹ relict⁹:ita fuisset integre nature:sicut eēt hō
ex elementis format⁹:⁊ suis naturalib⁹ relict⁹:salt̄ quā-
tum ad illam integritatē:cuius corruptio est inclinatio
ad pctm. ⁊ sicut videmus ꝙ a mā ꝓpter pfectioneȝ for-
me virtualr ꝯtinentis oīum formaꝝ gñabilium:⁊ corru
ptibiliuȝ virtutes:exclusa est priuatio:per quā est in mā
possibilitas ad aliam formā:vt pȝ in mā celi:ita dico ali-
qualr a simili ꝙ beata virgo in secūda sanctificatiōe:tam
priuilegiataȝ recepit grē pfectionē:vt ab ea fuerit exclu
sa possibilitas trāsmutationis ad ꝯtrium. s. ad pctm:⁊ ta-
lem gratiam decuit dari matri dei:q: nullo modo ꝯgrue
bat:vt mater dei esset:⁊ peccare posset.

Ad primum in oppositū dōm:ꝙ sapiens nō Ad pᵐ
intendebat dicere per illa verba
ꝙ posse transgredi eēt laudabile per se:sed per accñs:in-
quātum. s. includit liberū volūtatis arbitrium:⁊ inq̄ȝtuȝ
posse transgredi in exteriori effectu ostendit in illo:qui
nō sic transgredit esse mūditiam in affectu:ex quo enim
pōt facere malum effectū:⁊ non facit argumētum est:q:
nō vult. ¶ Ad scdm dōm:cū dr ꝙ fomes vltra carnis: Ad 2ᵐ
⁊ appetitus sensitiui eēntiam nihil ponit ⁊c̄. dico ꝙ fal-
sum est. ponit enim quēdā corruptionē in carne:⁊ in sen
sitiuo appetitu:que a pma istitutiōe nature humane nō
erat:etiam si suis nālib⁹ fuisset relicta:⁊ illa corruptio per
secūdam sanctificatiōem a carne virginis:⁊ appetitu sen
sitiuo fuit ablata. ¶ Ad 3ᵐ dōm:ꝙ ibi Ans. tetigit vnā Ad 3ᵐ
cām impossibilitatis peccādi:sed pter illā pōt esse in sta
tu vie ex priuilegio spāli alia cā impossibilitatis peccādi
que fuit in beata virgine:vt supra dictum est.

Consequēter querit de scdo pnci
pali. Et circa h̄ que
runt quatuor. ¶ Primo vtꝝ caro christi fue
rit de sanguine virginis formata. ¶ Secūdo
vtruȝ in illa formatione virgo fuerit cooperata. ¶ Ter-
tio vtrum illa formatio fuerit naturalis:vel miraculosa.
¶ Quarto vtrum christi conceptio cōuenienter fuerit
per angelum prenunciata. Questio. I. Qō. 1.

Primo ostendo ꝙ caro xp̄i nō fuerit de
sanguine virginis formata apl's Ar. pᵒ
ad Rom. 1. dicit:de xp̄o ꝙ fact⁹ est ex semine
dauid ṡm carnem. Sȝ semē nō est sanguis. er- Secūdo.
go caro xp̄i nō fuit formata ex sanguine virginis. ¶ Itē
existētiuȝ in eadem spē mā est vnigenea:sȝ mā carnis hu
mane in hoībus:cōiter est semē. ergo caro xp̄i fuit forma
ta ex semine:nō ergo ex sanguine. ¶ Iteȝ ṡm phm secū- Tertio.
do de gñatiōe. In hñtibus symbolū facilior est trāsitus: T. c. 25.
sed caro similior est carni q̄ȝ sanguini:ergo magis decuit
carnem xp̄i formari ex virginia carne q̄ȝ ex sanguine.

Contra. Dam. li. 3. c. 2 dicit:ꝙ filius dei ꝯstruxit si- In oppᵐ
bi ipsi ex castis ⁊ purissimis sanguinib⁹ car
nem aiataȝ aīa rōnali. ¶ Item ṡm phm. 15. de aialibus. Secūdo.
Materia de qua formaſ corpus fetus:⁊ quā mr̄ admini-
strat sanguis est. Sȝ beata virgo in ꝯceptione xp̄i:mām
ministrauit:quā alie mr̄es administrāt. alr. n. non fuisset
vera mater:ergo materia de qua in vtero virginis caro
christi fuit formata fuit sanguis.

Ad istam qōnem dicūt aliqui ꝙ caro xp̄i Ad qōnē ṡm mētē
fuit de sanguine v̄ginis aloꝝ pᵃ.
formata:nō ex semine ꝓprie loquēdo de semine:sȝ maria
virgo ministrauit sanguineȝ subtilē ⁊ puꝝ:q̄ȝuis mulie-
res que ꝯcipiūt per ꝯcubitū viri ministrēt sanguinē mē
struū q ē sanguis grossus:⁊ ipurus. Vñ vr̄ phs velle. 15.
de aialib⁹. Corp⁹ pueri gñari de sanguine mēstruo mulie
ris nō ex semine. ¶ Alij aūt vr̄ ꝯtrauȝ:alr. n. gñatiua vir Opio 2ᵃ
tus virginis marie nihil opata fuisset in materie carnis
xp̄i dispōne seu pparatione:q: digestio nutrimēti in sto-
macho:⁊ digestio ei⁹ in epate:in quo de nutrimēto gñaſ
sanguis cū alijs humorib⁹:⁊ digestio eius in mēbris fue-
rit ope potētie nutritiue. Cuȝ ergo ad h̄ ꝙ mulier v̄e sit
pueri mr̄ reqraſ ꝙ virtus ei⁹ gñatiua cooperet salteȝ in
māe pparatione seu dispositiōe:⁊ illa dispositio sit per cō
uersionē sanguinis digesti in mēbris in semē vr̄ ꝙ caro
xp̄i fuit:formata ex semine facto per virtutē gñatiuā vir
ginis ex purissimo sanguine eius in membris digesto.
¶ Mihi aūt vr̄ ꝙ caro xp̄i fuit formata nō imediate de Ad qōnē ṡm mētē ppriam.
sanguine:nec de semie. ita pfecte hñte formā semis:sicut
hȝ semē virile:q: in mulierib⁹ residuuȝ sanguinis in mē
bris digesti nō puenit nālr ad cōpletā seminis digestionē
ꝓpter debilitatē v̄tutis:⁊ pp hoc phs in respectu seminis
virilis

virilis notat illud noĩe mẽstruũ:ſ3 tñ virtus generatiua virginis ſubtilem ſanguinẽ ⁊ purũ in mẽbris digeſtũ alterauit:⁊ diſpoſuit ad hoc:vt eẽt ꝯueniens mãle ꝑncipiũ ꝓximũ de quo fienda erat caro xp̃i ope ſpũs ſancti. Illõ ergo tenuit q̃ſi mediũ iter verũ ſanguinẽ in quo pfecte remanet forma ſanguinis:⁊ illud in quo eſt pfecte forma ſeminis:nobilius tamẽ ⁊ purius fuit in virgine q̃3 vnq̃3 fuerit in aliqua muliere. ¶ Ex dictis faciliter poteſt reſpondi ad argumenta ad aliam partem.

Ad p^{m}. **Ad primum** dõ3:q caro xp̃i fuit formata ex ſemine eo mõ quo ſemẽ eſt in mulierib^{9}:tanq̃3 ex ꝓximo mãli ꝑnº ⁊ ex puriſſimo ſanguine: tanq̃3 ex ꝑnº remoto:q: illud ſemẽ ex puriſſimo ſanguine factũ fuit. ¶ Ad 2^m dõm:q fuit formata:⁊ ex ſemine

Ad 2^m eo mõ quo eſt in mulierib⁹:⁊ ex ſanguine:ſicut dictuꝫ eſt

Ad 3^m in ſolõne ꝑcedẽtis argumẽti. ¶ Ad 3^m dõm:q q̃uis caro ſimilior ſit carni:q̃3 ſanguis ſm ſiĩtudinẽ ſpẽi:non eſt tñ ita ꝯueniẽs gñatiõis mãle ꝑn^{m}:q: ſanguis magis ꝯuenit cum carne reliq̃e partib⁹ corꝑis ſm ꝓportionẽ potẽtie ad actuꝫ q̃3 caro cũ carne. Ille.n.ſanguis alteratus p gñatiuaꝫ mõ ſupradicto eſt in potẽtia paſſiua ꝓxima ad totum:caro aũt nõ eſt potẽtia ad totũ:cuꝫ ſit actu pars.

Ad ꝑmũ in opp^{m} **Ad primum** alterius partis dõ3:q auctoritas Daſ̃.itelligẽda eſt ita q caro xp̃i fuerit formata de puriſſimo ſanguine:ſicut de ꝑnº mãli remoto:⁊ loquit̃ in plurali ad ſignificãduꝫ q nõ tm̃ fuit formata de ſanguine:ſ3 etiã de alijs trib⁹ humorib⁹:q cuꝫ ſemine cõmiſcent̃. ¶ Ad 2^m dõm:q phs illud ꝑn^{m} pro

Ad 2^m ximũ qõ miniſtrãt mulieres vocat mẽſtruum:nõ q: ſm rei vitateꝫ remanent plene ſub forma ſanguinis mẽſtrui: ſ3 q: nõ attingit plene ad ſemis digeſtionẽ:⁊ formã. Vñ Auic.15.de aĩalib⁹.c.de dita in duobus ſpermatib⁹:⁊ ſanguine mẽſtruo ſic dicit. A muliere nõ deſcẽdit ſperma ſ3 ſimilitudinẽ viri gñantis:⁊ tu cuſtodias:qm̃ nõ dico q nõ emittat ſperma aliquo mõ:ſicut putat hõ mali itellẽs: ⁊ illud ꝑn^{m} multo nobilius miniſtratũ fuit a virgine q̃3 miniſtret̃ a q̃cũq3 alia femina:q: in ea factũ fuit nõ de ſanguine groſſo vel impuro:ſ3 de ſanguine ſubtili:⁊ puriſſimo:⁊ fuit miniſtratuꝫ a v̾gine ſine q̃cũq3 deordinatiõe:⁊

Qõ. 11. ſine diminutione puritatis:⁊ integritatis ſue. Qõ. 11.

Secundo querit̃ vtrũ in formatiõe carnis xp̃i virgo fuerit coopata.

$Ar.p^{o}$ Et vr̃ q ſic. Daſ̃.lib.3.c.2.dicit:q poſt aſſenſum ſp virgĩs ſpũs ſcũs ſupuenit ſup ipſaꝫ:⁊ paucis iterpoſitis ſequit̃ virtutem ſuſceptiuã vbi dei tribuens ſimul ⁊ gñatiuã. Cuꝫ ergo per virtutẽ ſuſceptiuã intelligat̃ virt⁹ paſſiua:vr̃ q per gñatiuam itelligat̃ actiua:per quã actiue fuerat iformatiõe carnis xp̃i coopata.

Secũdo. ¶ Itẽ ſm Cõmẽ.ſup 2^m de aĩa. Oẽs potentie vegetati-

Cõ.14. ue ſunt actiue:ſ3 gñatiua eſt potẽtia vegetatiua.ğ eſt actiua.per illam ergo beata virgo fuit aliq̃d coopata in xp̃i

Tertio. carnis formatiõe. ¶ Itẽ aſſimilatio eſt per virtutẽ actiuam in ſemine:ſ3 filius aliqñ aſſimilat̃ mr̃i ergo aliq̃ virtus actiua ad formationẽ corꝑis eẽt in matris ſemine.

In opp^{m} **Contra.** caro xp̃i formata fuit in iſtãti:ſ3 virt⁹ creata nõ põt coopari in formatiõe carnis q̃ fit in iſtãti:ergo virgo beata nõ fuit aliq̃d actiue coopata in

Secũdo. formatione carnis xp̃i. ¶ Iteꝫ phs.15.de aĩalib⁹ dicit:q in gñatione ex mare eſt ꝑn^{m} motiuũ:femina aũt eſt ſicut mã:ſed mã nõ coopat̃ in cõpoſiti formatione:ergo vr̃ q virgo beata non fuit coopata in carnis xp̃i formatione.

Ad qõnẽ ſm mẽtẽ alioꝝ p^{a}. **Ad iſtam queſtionẽ** dixerũt aliq q beã virgo:nec fuit cooperata in xp̃i carnis formatiõe:nec in mã ꝑparatiõe:⁊ tñ vera mater xp̃i eſt:q: ſpũs ſanctus illam mãm de qua

ꝯtra opi. formauit illaꝫ carnẽ ſumpſit in virgine. ¶ Sꝫ ꝯtra hoc arguit̃ ſic. Si.n.ad rõnem maternitatis ſufficeret materiaꝫ fetus ſumi de mr̃e:tũc ſi vnuꝫ hõ miraculoſe formaretur de coſta vnius mulieris:vere eſſet filius eiº:qõ falſum eſt. Pari.n.rõne Eua fuiſſet filia Adẽ. ¶ Alij dicũt 2^{o} opio q fuit coopata:⁊ in materie ꝑparatione:⁊ in tota:carnis formatiõe.alr̃.n.non fuiſſet vera mr̃:vt eis videt̃. ¶ Sꝫ ꝯ ſcdãm. ꝯtra hoc arguit̃ ſufficienter per ꝑmã rõnẽ:ad ſecundam partem adductã. ¶ Alij dicũt q q̃uis nõ fuerit coopata in tota carnis formatiõe:fuit tñ cooperata ad cõplemẽ- 3^{o} opio tum ipſius carnis:q: complemẽtum rei etiam per nãm fieri põt in inſtãti. ¶ Sꝫ ꝯtra hoc etiam arguit̃ ſic:nobilius eſt cõplemẽtum q̃3 illud qõ eſt citra cõplementum. ꝯ tertiaꝫ. Si ergo nõ fuit cooperata in formatiõe eius:qõ fuit citra cõplementum:nec fuit cooperata in formatiõis complementi. ¶ Alij dicũt q q̃uis nõ fuerit coopata in carnis xp̃i formatiõe:tñ q: in mã miniſtrata a virgine erat potẽ- 4^{a} opio tia actiua p quã potuiſſet coopari in formatione ſi fuiſſet facta in tpe:ideo fuerit vera mr̃. ¶ Sꝫ cõtra. Aut.n.illa ꝯ quartã potẽtia actiua fuiſſet ibi nãliter:aut miraculoſe:nõ nãlr: q: ſicut dicit phs.15.de aĩalib⁹. In reb⁹ habẽtibus virtutes diſtinctas:⁊ corꝑa diſtincta:⁊ naturas diuerſas neceſ diuerſat̃ virtus opantis ⁊ patiẽtis:ita q eſt vir ſicut mouens ⁊ operans ⁊ femina ſicut patiens ⁊ paucis interpoſitis ſubdit q ſemp ſperma femine eſt ſicut mã:ğ in mã que miniſtrat̃ a matre nõ eſt nãliter aliqua virtus actiua ad corꝑis prolis formationẽ. Nec etiã fuit ibi miraculoſe:q: ſi fuiſſet data ad cooperãduꝫ in carnis formatiõe: in qua cooperari nõ potuit:vt ſuperius oſtẽſum eſt:ſuperflue fuiſſet data:ſed in operib⁹ miraculoſis:nihil eſt ſuperfluũ:nec fruſtra:cũ etiã nã nihil faciat fruſtra ſm phm.1. T.c.32. celi ⁊ mũdi.⁊.3 de aĩa. ¶ Preterea pp potẽtiã cooperã- T.c.45. di ad formatiõem fetus:niſi ꝓdeat in actũ:nullus põt dici pr̃ ⁊ mater. Vñ ſi ad rõneꝫ matris reqreret̃ corꝑatio in formatiõe corꝑis ꝓlis dato q in mã a virgine miniſtrata fuiſſet aliqua potẽtia actiua ſiue per naturam:ſiue per miraculuꝫ:per quã potuiſſet cooperari ad formationem corꝑis xp̃i ſi fuiſſet formatũ in tpe quo formãt̃ corꝑa alioꝝ:nihilominus nõ fuiſſet vera mater:⁊ quo in Ad qõnẽ illa formatiõe nõ fuit cooperata. ¶ Videt̃ ergo mihi di- ſm mẽtẽ cendum:q in mã miniſtrata a virgine:nõ fuit aliq̃ vir- ꝓpriam. tus actiua:per quã fuerit ſpũi ſancto cooperata i carnis xp̃i formatione:⁊ tñ cum virgo ſit vera mr̃ xp̃i:opꝫ concedere q totum illud fecerit ad ꝯceptionẽ corꝑis xp̃i: Que ſiũt qõ requirit̃ ad rõneꝫ mr̃is. ¶ Ad cuius itelligẽtiam cõ- aũ exituꝫ ſiderãda ſunt tria que ſiunt anteq̃3 puer naſcat̃ de vtero: pueri ex que ſunt materie ꝑparatio:⁊ de materia ꝑparata corꝑo- vtero. ris formatio:⁊ illius animatio ⁊ pueri nutritio ⁊ ꝯſeruatio. In ꝑmo fuit cooperata virgo beata per virtutem generatiuam.per eam n.humorẽ ſanguineum in membris digeſtum in ſemen ꝯuertit eo mõ quo ſemẽ eſt in mulierib^{9}:⁊ illud ſemẽ decidit ſine quacũq3 deordinatiõe:⁊ ſalua pfectiſſime mẽtis ⁊ carnis ⁊ appetit⁹ ſenſitiui integritate ⁊ dignitate ⁊ ſanctitate ⁊ ad debitum locũ ꝯceptiõis trãſmiſit:q̃ tria cõprehẽdunt̃ ſub materie ꝑparatiõe ⁊ diſpoſitione que fit per gñatiuaꝫ matris:de illo aũt ſemine ſic ꝑparato ſpũs ſcũs excellenter ſupplens illud qõ in cõceptione prolis in alijs mulierib⁹ fit per virtutem actiuã ſeminis patris in inſtãti formauit corpus xp̃i:⁊ aĩa intellectiua aĩauit:⁊ corpus ⁊ aĩaꝫ ſimul ꝯiũcta pſone filij dei vniuit:⁊ in hoc gñatiua virginis nõ fuit cooperata:nec enim in alijs matribus eſt aliqua virtus actiua in earuꝫ ſemine per quã cooperet̃ ad prolis formationẽ.hoc eniꝫ non requirit̃ ad rõnem matris. ¶ In tertio aũt hoc eſt in ꝯſeruatione:⁊ nutritione cooperata fuit multo perfectius ⁊ excellentius q̃3 matres alie.

Ad primum in oppoſitum dicẽdum:q in conceptione chriſti duplex fuit mira- Ad p^{m} culum vnum q femina cõcepit deum:aliud q virgo cõcepit filium:quãtum ad ꝑmum virgo ſe habebat in pura potẽtia paſſiua obedientie:q̃tũ ad 2^m erat in virgine

potentia actiua ad materiam ministrandã. ppter primũ dicit Dam. q spũs sanctus dedit virgini potẽtiam verbi dei susceptiuam: quia talis potẽtia cõmuniter non dicitur dari quousqз datur actus eo q potentia minus remota: quãtum aũt ad 2m dicit tribuisse generatiuam: non quia tunc primo spiritus sanct9 ei dederit illam potẽtiaз que dicit generatiua: sз q illam materiam que fuit per generatiuam virginis ministrata: spũs sanctus ad actum reduxit: ad quem per gñatiuaз virginis nõ potuisset reduci.

Ad 2m ℭ Ad scdm dicẽdum: q generatiua viri actiua est 1 e in seminis formatione: ɀ decisione ad locum ɔceptionis trãsmissione: ɀ in corporis ꝓlis formatiõe: gñatiua autez mulieris in trib9 primis est actiua: nõ tamẽ pfecte in seminis formatiõe: q nõ põt sanguinẽ conuertere in semẽ pfectũ: vt supius visum ẽ: sed in formatiõe corporis ꝓlis de illo semine: actiua nõ est: vt suptus est oñsum.

Ad 3m Cur fili9 aliqñ assimilet matri. ℭ Ad tertium. dõm: q assimilatio: qua filius assimilatur matri nõ est p virtutẽ actiuã: que fit in semine matris: sed p illã que est in semine patris. Actus eniз actiuorũ nãtum sũt in patiẽte: ɀ disposito. Quãdoqз aũt cõtigit: q semẽ mulieris est magis dispositũ ad hoc: vt fetus de illo formandus: magis assimilet matri: ɀ qñqз cuз hoc est virtus in semine patris: nõ ita fortis: q fetus possit assimilare patri in sexu: ɀ q nã facit melius: qd põt: format tũc fetum feminei sexus: qñqз est ita fortis: q põt assimilare patri in sexu: nõ tñ ita fortis: q possit assimilare in figura corporis: ɀ ppter dispositionẽ materie põt assimilare matri Ad predicta aũt coadiuuãt fortis imaginatio viri respectu figure mulieris: ɀ fortis imagiatio mulieris: ɀ dispositio loci matricis: ɀ aliqñ alie cause accidẽtales que ad hoc possunt ɔcurrere. ℭ Argumẽta ad partem aliaз nõ plus ɔcludunt: nisi q beata virgo nõ fuit cooperata actiue in corporis xpi formatione. Sз ex hoc non sequit: qn cooperata fuerit in materiam pparando: ɀ disponẽdo: ɀ formati pueri nutritiõe in vtero ɀ ɔseruatiõe.

Qõ. III. Questio. III.

Ar. p9 **Tertio** querit vtr formatio corporis xpi fuerit materialis: vel miraculosa. Et videt q naturalis. Aug. in libro de fide ad petrum: longe ante finẽ libri. Firmissime tene ipm qui eẽntialr natus est de pñe eẽntialr cõceptum: naturãqз de virgine ipmqз vnuз eẽ: ɀ vni9 nature cũ virgine: sed ex quo est eiusdem nature cum mre: ɀ est ei9 filius naturalis: ɀ sз naturalis filij formatio naturalis est.

Secũdo. ℭ Item opatio miraculosa non est ab aliq̃ creatura. Sed vere dicit q virgo genuit xpm. ergo illa genitura nõ fuit miraculosa.

Tertio. ℭ Item qñis miraculose restituat alicui visus: tñ pñs operatio est naturalis. ergo silr: qñuis miraculose p spiritum sanctum data fuerit virgini generandi potẽtia: videtur q sequens operatio fuerit naturalis.

In opp9 **Contra.** Ans. in li. d ɔceptu virginali. c. 12. dicit: q in virgine nec volũtas creature prolem seminauit: nec natura germinauit: sз spũs sanctus: ɀ virt9 altissimi de virgine muliere virum mirabilr ppagauit.

Secũdo. ℭ Item Diony. epla. 4. ad Gaiũ loquẽs de Jesu dicit: q sup hoiem operat que sunt hois: ɀ hoc declarat virgo supnaturalr parturiens: naturalr ɔcipiens põt naturalr parturire. ergo vr q virgo filium nõ concepit naturalr.

Ad qõnẽ fm mẽtẽ ppriam. Effectuз fieri d mã q̃druplr. **Respondeo** q formatio corpis xpi simplr fuit miraculosa: ɀ naturalis: tñ sз qd: q sic pз. Effectum. n. fieri de materia q̃druplr põt intelligi: aut de materia effectui proportionata naturalr: ɀ per agẽs naturale: aut de materia effectui nõ pportiõata naturalr: nec p agẽs naturale: aut de materia effectui naturalr pportionata: ɀ nõ per agẽs naturale: aut de materia nõ pportionata: ɀ per agẽs naturale. ℭ Prim9 modus pducendi effectum de materia totalr est naturalis: q ɀ ex parte agẽtis: ɀ ex parte pncipij passiui. ℭ Scds modus totalr est miraculosus: q ɀ ex parte pncipij actiui: ɀ principij passiui. ℭ Tertius modus est simplr miraculosus: q ex parte principij actiui: fm qd tñ est naturalis. s. ppter naturalẽ pportionem passiui pncipij ad effectuз. ℭ Quart9 modus est impossibilis: agẽs. n. naturale pp limitationẽ virtutis de materia effectui nõ pportionata: effectum pducere nõ põt. Quapp de agẽtibus naturalibus scdo de aĩa di: q actus eoꝝ sunt in patiente ɀ disposito. T. c. 14. Formatio aũt corpis xpi de materia ministrata a virgine facta fuit. Tertio modo: q virgo materiam dispositam ministrauit proportionatã ad formatiõem corporis humani: ita q si affuisset semẽ virile: potuisset de illa materia corpus humanũ naturalr formasse: ɀ q non affuit naturale agẽs: sз supnaturale. s. spũs sanct9: qui de materia ministrata a ṽgine corpus xpi supnaturale formauit: ideo in illa formatione fuit naturalitas fm qd. s. ex parte dispositionis materie: ɀ supernaturalitas simplr. Unde concedendum q formatio corporis xpi simpliciter fuit miraculosa: ɀ non naturalis.

Ad p9m Ad 2m **Ex dictis** pз respõsio ad pmũ argumẽtum in oppositum. ℭ Ad scdз dõm: q beata virgo nõ dr genuisse xpm: q corpus eius formauerit. Sed q materiam dispositã ad illam formationeз ministrauit. De materia aũt disposita põt aliqd fieri miraculose. Sicut pз cum aliqs infirmus: qui naturalr per longuз tps posset curari: subito curat opere spũs sci.

Ad 3m ℭ Ad tertiuз dõm: q non est simile de visu supnaturalr reddito cecoɀ ɀ de possibilitate generãdi data ṽgini: q visus qñocũqз datus natus est reduci in actum per agẽs naturale. Sed nõ fuit possibilitas data virgini que in actu potuisset reduci per agens naturale manẽte virginitate. Sз tñ per agens supernaturale. Questio. IIII.

Qõ. IIII. Ar. p9 **Quarto** querit vtrum xpi conceptio cõuenienter fuerit per angeluз pnunciata. Et videt q non: q sufficienter prenunciata fuerat per pphetã: vt pз. Jsa 7. Ubi dicit: ecce virgo concipiet: ɀ pariet filium ɀ. 9. vbi dicit. Paruulus natus est nobis ɀc. ergo supfluũ fuit eam prenunciare per angelum.

Secũdo. ℭ Iteз nõ est ɔueniens superiorem instrui per inferiorem. Unde fm Diony. in li. de angelica Hierar. c. 15. Superiores angeli nõ illuminant ab inferiorib9: sed beata virgo erat superior angelo: q erat a deo magis dilecta: ergo non fuit ɔueniens eã instrui per angelũ de incarnatiõis mysterio.

Tertio. ℭ Item nõ fuit cõueniens per eundẽ nũcium pnunciare ɔceptionem serui ɀ domini: sз ɔceptio beati Joãnis baptiste pnunciata fuit per Gabrielem: vt habet Luc. 1. ergo ɔceptio christi qui dñs eius est: nõ debuit pnunciari per gabrielem.

Quarto. ℭ Iteз cum incarnatio fuerit maximũ mysteriuз debuisset pnũciari per sũmum angelũ superioris Hierar. Sз fm Dio. in lib. de angelica Hierar. c. 4. Gabriel fuit de inferiori hierarchia. ergo videt q per eum non debuit nunciari.

In opp9 **Contra.** Luc. 1. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomẽ nazareth. ɀ postea seqt: dixit angelus ei: Ne timeas maria inuenisti gratiam apud deum. Ecce ɔcipies ɀ paries filium: ɀ vocabis nomẽ eius Jesuз. Hic erit magnus ɀ filius altissimi vocabitur. Ecce hinc pз virgini pnũciatum fuisse incarnationis mysterium: ɀ per angelum. s. gabrielem sensibili voce virginem allocutuз: ɀ q visibilr apparuerit: patet per glo. super illud. Turbata est in sermone eius: dicẽteз ex verecũdia pauet: ɀ alia glo. trepidare virginũ est: ɀ ad oẽs viri ingressus pauere: oẽs viri affatus vereri.

Ad qõnẽ fm mẽtẽ ppriam. **Respondeo** q christi conceptio conuenienter fuit virgini pnũciata: vt fides de incarnationis mysterio argumentis plurib9 muniret: ɀ virgo ex maiori deuotione ad conceptũ efficeret. ℭ Cõueniens etiam fuit illam pnũciationem virgini fieri per angelum: q vita virginalis anqũtum est in carne: pter

carnis

carnis act⁹:vitā angelicā imitat. Vñ a Hiero.i sermone
de assūptōe btē virg.di angelis cognata vginitas. ¶ Et
ḡtetiā per icarnatiōis mysteriū de scis ruina angelica re
paraf:inquātum assumenf ad ordines de qbus mali an-
geli ceciderunt. ¶ Cōuenienter etiaȝ facta est per ange-
lum de Hierar.inferiori:vt ordo hierarchicus seruaref:
qui est:vt diuine illuminatiōes per angelos supiois hie
rarchie descēdant ad mediā hierarchiam:ꝛ inde ad infe
riorem:ꝛ ab inferiori ad hoies deriuanf. ¶ Cōueniens
etiam fuit illum esse de medio illi⁹ hierarchie:qui est or-
do archangeloꝝ:ꝛ in illo ordine sūmum:qꝛ maximū my
sterium nunciabat ad salutem humani generis ordina-
tum. ¶ Cōueniens etiā fuit:vt pdictū mysterium nun
ciando virgini in specie visibili appareret:vt vgo de my
sterio sensibilr ꝛ intellectualr erudiref:ꝛ consolaretur.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dōm:ꝙ q̄uis per
Isaiam ꝓphetizatū fuisset xp̄m
de virgine nasciturū:tñ per illā ꝓphetiaȝ que eēt illa vir
go:quātum ad psonam singularem expressum nō demō-
strabaf:ꝛ pterea:vt in qōne dictum est ꝯueniens fuit:vt
Ad 2ᵐ fides pluribꝰ argumētis muniref. ¶ Ad scdm dicēduȝ:
ꝙ ꝛ si beata virgo magis esset accepta deo:tamen ange-
lus ſm aliquid erat superior:inquantum illa adhuc erat
viatrix:ꝛ angelus cōprehensor. Fuerunt tñ qui dixerūt
Ad 3ᵐ ꝙ in via ante filij dei ꝯceptionē maria virgo nō hābuit
tātum de grā:q̄ntum hȝ quicūq̄ȝ angelus beatus. ¶ Ad
tertium cum di:ꝙ non fuit conueniēs per eundem nū-
tium ꝓnunciare ꝯceptionem serui:ꝛ dn̄i ꝛc̄. Dico ꝙ nō
est verum:quādo ad hoc nasciṫ seruus:vt sit domini pre
cursor:ꝛ vt testimonium phibeat de ipso: sic autem fuit
Joannes respectu xp̄i:fuit enim eius pcursor:vt scribiṫ
Jo.i.Venit vt testimoniū phiberet de lumine.i.de xp̄o.
Ad 4ᵐ ¶ Ad quartum pȝ solutio per dicta in corpore qōnis.

Consequēter querif de tertio pn-
cipali. Et circa hoc
queruntf quatuor. ¶ Primo vtrum caro xp̄i
fuerit infecta in antiquis parētibus. ¶ Scdo
vtrum aliquis de stirpe abrahe:in abrahā fuerit decima-
tus. ¶ Tertio vtrum christus in abrahaȝ fuerit decima-
Q. I. tus. ¶ Quarto vtrū xp̄s fuerit sanctificat⁹. Q. I.

Ar. pᵒ **Primo** ostēdo ꝙ caro xp̄i nō fuit īfecta
in antiqs parētibꝰ:vt dicit ma-
gister in lrā. Primitiaȝ nr̄e masse recte assum
psisse di xp̄s. Sed pmitia nostre masse fuit ca
Secūdo. ro in statu inocentie.ergo caro xp̄i in antiqs parētibꝰ in-
fecta non fuit. ¶ Item vt habitum est supra:corpus xp̄i
fuit formatum de purissimis sanguinibꝰ virginis:sed illi
sanguines nunq̄ȝ fuerunt in antiqs patribꝰ:qꝛ humores
Tertio. de nutrimēto generātur : ergo caro xp̄i non fuit infecta
in antiquis patribꝰ. ¶ Item corruptio humani generis
fuit sanabilis:ſȝ corruptio nullius rei:in qua nihil rema
net in corruptum sanabilis est. Vñ corruptio hois nō est
curabilis:nisi aliqd pncipium in ipso remaneat incorru-
ptum saltem.ergo videtur ꝙ semper in humano genere
remansit aliqua carnis portio incorrupta:per quam hu-
manum genus posset sanari.

In oppᵐ **Contra.** magister in littera dicit de carne christi ꝙ
credi oportet iuxta sanctorum attestatiōis
Secūdo. ꝯuenientiam ipsam prius fuisse peccato obnoxiam:sicut
reliqua virginis caro. ¶ Item caro christi in antiqs pa
tribus:non fuit substātialr distincta a carne reliqua:sed
distinctio ſm qualitates ꝯ.rarias psupponit nature subie-
cte distinctionem:qꝛ ꝯ.raria nō sunt simul in eodē.ergo
videtur ꝙ in antiquis patribus caro christi non fuit pu-
ra:cum caro eorum esset impura.

Ad qōnē ſm mētē alioꝝ pᵒ. **Ad istam qōnem** dixerunt quidaȝ ꝙ filiꝰ
dei corpus de natura ce
lesti assumpsit:ꝛ transiuit per ventrem virginis nihil de
ea assumens. ¶ Sed hec opio est heretica:quia ad illaȝ ꝯtra opi
sequeref:ꝙ xp̄s nō eēt verus filius virginis marie. Ali- nionē pri
quid enim accepit a matre filius eius. Sequeref etiaȝ ꝙ mam.
xp̄s non haberet verum corpus humanum:ꝛ ex ꝯsequē
ti ꝙ non esset verus homo:cum corpus humanuȝ sit de
essentia hois. Unde illud verbum Joā.6.quo xp̄s dicit
se de celo descendisse intelligēduȝ est rōne psone:que ad
nos descendit:non per sui mutationem:ſȝ per nostre na-
2ᵃ opio ture assumptionē. ¶ Alij dixerūt ꝙ in adā remāsit q̄dā
portio non infecta:que mediantibꝰ antiqs patribꝰ trans-
fusa fuit ad virginem mariam absq̄ȝ omni īfectione:ꝛ de
illa formatuȝ est corpus xp̄i. ¶ Sȝ hec opio est erronea. ꝯ scdam.
Ad illam enim sequeref ꝙ xp̄s non esset vere filius vir-
ginis marie:nec attinens ꝯsanguinitate alicui de antiqs
parētibus nisi Ade:qꝛ ſm illaȝ opionē:illa portio de qua
formatum est corpus xp̄i:nunq̄ȝ fuisset ꝯnaturalis beate
virgini:nec alicui de antiquis parentibus:nisi ipsi ade.
Ad qōnē ſm mētē ꝓpriam. ¶ Dicēdum est ergo ad qōnem ꝙ caro christi eo modo
quo fuit in antiqs parētibus in eis fuit infecta:ꝛ etiaȝ in
beata virgine anteq̄ȝ sanata:sed ante instās assumptiōis:
vel instāti assumptiōis:ita pfecte purgata est prius ordi-
ne nature q̄ȝ assumpta:vt in ea actu existente carne xp̄i:
nunq̄ȝ fuerit infectio. Vñ nō dicit aplīs ad Ro.8.ꝙ deꝰ
miserit filium suum in carnē peccati:ſȝ in similitudineȝ
carnis peccati. Q̄ūo autem caro xp̄i ſm rōnem semina-
lem fuerit in antiqs parētibus tangit Aug.10.sup Geñ.
longe ante finem dicēs. Qꝛ in lūbis abrahe nō erat caro
xp̄i ſm rōnem seminalem:ſȝ ſm solam substātiam corpu-
lem:que rō seminalis est vis actiua in semine patris:per
quā de mā ministrata a matre formaf corpꝰ pueri:q̄ȝuis
ſm sniam Auic.li.10.de aialibus:Semen patris ꝯuertaf
in sp̄ūs ipsius pueri. Vis aūt actiua:per quā formatū est
corpus xp̄i in antiqs parētibꝰ nō fuit:quia formatū fuit
per virtutē sp̄ūs sancti:nō ex virili semine:sed qꝛ mā di-
sposita de qua fuit corpus xp̄i formatū:fuit in antiqs pa-
tribꝰ:sicut in cā q est vnꝰ modus eēndi in cā ſȝ phm.4. T.c.23.
phy. Ideo fuisse dr̄ in antiqs parētibus ſm corpulētam
substātiam. Virgo.n.maria virtuteȝ administrādi mām
pparatam seu dispositam ad formādum corpus filij acce
pit a pr̄e suo:ꝛ ille de suo:ꝛ sic deinceps:vsq̄ȝ ad Adaȝ:ꝛ
qꝛ rō seminalis in semine patris virginis marie:per quā
dedit virgini virtutem naturalem:qua posset materiam
ad formationem conceptus ministrare ꝛ disponere seu
preparare fuit infecta:ꝛ similiter ratio seminalis in aliis
virginis:ꝛ sic deinceps vsq̄ȝ ad adam fuit. Ideo recte su
perius dictum est ꝙ caro christi eo modo quo fuit in an-
tiquis parentibus in eis fuit infecta.

Ad primum in oppositum dōm:ꝙ xp̄s dicif Ad pᵐ.
assumpsisse pmitiam nr̄e masse:
ꝓpter hoc ꝙ in eiꝰ carne:vt actu existēte eius carne:nul
la fuit infectio culpe:sicut nec erat in carne pmoꝝ parē- Ad 2ᵐ
tum in statu innocētie. ¶ Ad scdm pȝ solutio per illud:
qd̄ dictum est in corpore qōnis. Purissimi enim sangui-
nes virginis de qbus opere spiritus sancti formatum est
corpus christi fuerunt in antiquis patribus sicut in cau- Ad 3ᵐ
sa. ¶ Ad tertium cum dicitur:ꝙ corpus nullius rei in
qua nihil remanet incorruptum sanabilis est ꝛc̄. Dicen-
dum ꝙ hoc intelligendum est de sanabilitate que est per
potentiam actiuam rei infirme: Si enim omnes partes
hominis essent corrupte aliqua infirmitate : non posset
sanari per aliquam potentiam actiuam existētem in eo.
De sanabilitate autem que non dicit nisi potentiam pas-
siuam in infirmo ad sanitatem:non est verum:ꝛ hoc mo
do genus humanuȝ fuit sanabile:non enim fuit sanabi-
le per aliquam potentiam actiuam que esset in eo:sed in
deo. ¶ Argumenta ad partē cōtrariaȝ procedūt de car-
ne christi:anteq̄ȝ actu esset caro christi ſm esse.i.quod ha
buit in patribus. Questio. II.

filiatiõe ei9 re4 matris. ¶ Preterea cũ relo inq̃ztuz relo
sit ipse respect9: ita q ipse respect9 respõdet reloni p qdĩ
tate: q ɔcedũt plures respectus ɔcedũt plures relones.
¶ Uidet g̃ mihi dõm: sine p̃iudicio q in xpo sunt due — Ad qõnẽ
filiatiões: vna respectu p̃ris que nõ refert ad m̃rez: z alia — sm mẽtẽ
tpalis re4 m̃ris que refert ad m̃rez que sibi ɔuenit rõne — ppriaz.
hũane nãe: quã assũpsit in ṽgine de qua nat9 est: sz vtruz
ista filiatio tpalis ponat in filio dei aliq̃z relonẽ realẽ re4
matris: aut sit tm̃ mõ relo sm rõnẽ: de hoc sunt opiniones
diuerse q̃ tãgunt in solone cuiusdã argumẽti qõis p̃ntis.

Ad primuz in oppositũ dõm: q nõ sequit si in — Ad p9m
xpo sint due filiatões q xps sit duo
filij: sicut nõ sequitur in illo plẽs relones: g̃ iste est plẽs re/
lati: q2 cũ deo plures relones vel plẽs filiatiões nõ est nu
meratio nisi relonũ. Sz cũ dico plẽs filij est nũeratio sup
positoz z relonuz sil. ¶ Ad 2m dõm: q forte alia filiatio — Ad scõm
est in p̃le re4 matris: z alia respectu p̃ris: sicut ecõuerso.
Alia est relo matris ad filiuz que põt vocari maternitas
ab illa q̃ est p̃ris ad filiuz que vocat p̃nitas. Uel põt di/
ci q nõ sic oz plurificari filiatiões in p̃le respectu m̃ris
z p̃ris carnalis: sicut in xpo re4 patris z respcũ matris: q2
q2 pater z mater carnales sunt vnũ p̃n9m p̃lis: sz beata vir
go z pater z termin9 sub rõne qua pater non sic p̃nt dici
vnũ p̃n9m xpi: q2 xps inq̃ztum de9 sic p̃ncipat9 est a patre
q nõ a matre: ipse aũt inq̃ztuz homo: q̃uis p̃ncipat9 sit
a matre: nõ est sic p̃ncipatus a patre sub rõne qua pr est:
sed sub rõne qua deus: q2 inq̃ztum hõ p̃ncipat9 est a tota
trinitate. ¶ Ad 3m cuz dit: q manente idẽtitate subiecti — Ad 3m.
ppter plurificationẽ terminoz nõ videntur nũerari relo/
nes zc̃. Dico q falsuz est: q2 cuz relo dependat ex duob9:
scz ex subiecto z termio ad vnitatẽ relonis reqritur vni/
tas nõ tm̃ subiecti: sed ẽt termini: maxime cum relo sub
rõne qua relo est magis videatur respicere terminuz q̃z — In cap9
subiectũ. Unde dicit p̃hs in p̃ntis q relatiuoz eẽ est ad — ad aliqd.
aliud se hñe: z iõ plurificato termino plurificari possunt
relones sm numez q̃uis subiectũ sit numero vnuz: vñ
q̃uis in vno homie habẽte plures seruos nõ sint plura
diuina sm q diuinũ nomen est potestatis: sunt tñ plura
dominia sm q dñium est nomẽ relonis ad seruuz. Põt
etiaz aliter dici ad argumẽtũ. s. q filiatio tẽporalis z eter
na plus differũt q̃z sm numez: z plus q̃z sm spẽm: quia
vna est in xpo per natiuitatẽ eternã: z alia per tpalem: z
tales plures relones possunt esse in eodẽ subiecto vno: p
pluralitatẽ suaz rõnũ: sicut videm9 q in eodez homine — Ad 4m.
est paternitas z dñium: que sunt plures relones. ¶ Ad
quartũ cũ dĩr q in deo nulla est relo ad creaturã zc̃. põt
dici q veruz est de relone reali: z rõne diuine nature: in
rõne humane nature si est in ipso aliqua realis relatio ad
creaturã: vnde in ipso inq̃ztum hõ est: est realis similitu
do ad alios hoies. Unde Aplõs ad Heb. 2. dicit de xpo q
per omnia debuit fratrib9 similari: z sm hunc moduz in
xpo: z est realis filiatio respectu matris: nec ex hoc sequitur
q humana natura dicatur filia: quia nõ opz q si aliquid
cõuenit alicui supposito rõne alicuius nature vel pprie/
tatis q vere possit predicari de illa natura vel ppretate

homo enim per fortitudineʒ frangit lapidem: nec tamẽ ꝓprie dicitur ꝙ fortitudo frangit lapidem: sic dico ꝙ nõ semper oportet ꝙ relatio denominet fundamentum per quod cõuenit supposito. ¶ Alij dicunt ꝙ ex quo natura humana nõ potest vere dici filia ꝙ per ipsaʒ nõ est in filio dei filiatio aliqua que sit realis relatio. Unde dicunt ꝙ in filio dei filiatio respectu matris ẽ relatio nõ realis: sed ſm rõnẽ: ⁊ tñ realiter est filius ꝟginis: sed ꝓma opinio
Q.3. III. est rõnabilior ⁊ itelligibilior mihi. Questio. III.

Ar. pᵒ **TErtio** queritur vtrum xp̃s sit filius naturalis ratione natiuitatis vtriusqʒ. Et videtur ꝙ nõ. quia omnis filius naturalis naturaliter ꝓducitur: sed christus natᵒ est de virgine nõ naturaliter: sed miraculosiꝰ: ergo ratione natiui-
Secũdo. tatis illius nõ potest dici naturalis filius. ¶ Itẽ ex hoc non est aliquis alterius naturalis filius: quia est ab eo similis in natura: quia tunc spiritus sanctus esset filius patris ⁊ filij: sed requiritur ꝙ ꝓducatur per modum nature. Cum ergo xp̃s non sit de virgine ꝓductus per modum nãe: sed miraculose nõ obstante ꝙ sit similis matri in nã: ⁊ natus de ea: nõ est tamen eius filius nãlis.

In oppᵐ **Contra.** christus est filius virginis: vt superius habitum est: nõ per creationem: nec per ado-
Secũdo. ptionem: ergo restat ꝙ sit eius filius naturalis. ¶ Item q̃uis Adaʒ nõ fuerit naturalr̃ ꝓductus: tamen fuit homo naturalis. Similiter q̃uis celum nõ fuerit naturaliter ꝓductũ: tamen est corpus naturale: ergo similiter dato ꝙ christus sit filius virginis nõ naturaliter productꝰ adhuc põt vere dici eius filius nãlis pp similitudinẽ in nã.

Ad qõnẽ ſʒ mẽteʒ ꝓpriã. **Respondeo** ꝙ xp̃s ratione natiuitatis eterne simpliciter est nãlis filius patris: ratione etiaʒ natiuitatis temporalis vere potest dici filiꝰ naturalis matris nõ obstãte ꝙ formatio corporis eiꝰ simpliciter fuerit miraculosa: vt superius dist. 3. ostensuʒ est: quia virtus generatiua virginis naturaliter materiã corporis christi preparauit ⁊ decidit ⁊ ad debituʒ locum cõceptionis transmisit ipsum: ⁊ etiaʒ conceptuʒ natura virginis in vtero naturaliter aluit ⁊ fouit.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositũ cum dr̃ ꝙ omnis filius naturalis naturaliter ꝓducitur ⁊c̃. Dicendũ ꝙ verũ est per comparationẽ ad naturam illius cuius est filius naturalis: christus autem inq̃tum homo nõ est filius naturalis alicuius patris: ⁊ ideo nõ oportuit ꝙ per comparationẽ ad suum principiũ actiuũ: quod in formatione corporis christi excellenter suppleuit illud quod per virtutem patris fit in formatione prolis generate ex patre ⁊ matre fuerit naturalis eiꝰ productio. Sed quia est filius naturalis matris: dico ꝙ per comparationẽ ad naturaʒ matris fuit naturalis eius ꝓductio in vtero: quia virgo per virtuteʒ generatiuaʒ materiaʒ dispositaʒ ministrauit ꝓportionatã ad formationẽ corporis humani: ita ꝙ si affuisset semen virile: potuisset de illa mã corpus humanuʒ naturalr̃ formasse. Productio tamẽ eius ex vtero nõ fuit naturalis nec per compa-
Ad 2ᵐ rationeʒ ad matrẽ: quia exiuit per portã clausam. ¶ Ad scðm dõm: ꝙ q̃uis xp̃s inq̃tum homo nõ fuit naturaliter ꝓductus simpliciter: quia eius ꝓductio per comparationeʒ ad principiũ actiuuʒ fuit miraculosa: tamẽ eius corporis ꝓductio naturalis fuit per cõparationẽ ad principium passiuũ: quod est mater: ⁊ hoc suffecit ad hoc vt esset naturalis filius matris. ¶ Argumenta ad partem aliaʒ gratia ꝯclusionis possunt cõcedi: forma tñ argumẽti secũdi: nõ multuʒ naturale videtur: homo enim nõ dicitur homo naturalis: q: sic vel sic ꝓductus: sed quia hʒ ea que pertinẽt ad hominis naturã. Similiter corpꝰ nõ dicitur naturale corpus: q: sic vel sic ꝓductum: sed q: hʒ naturam per quã aptum natũ est habere corporales operationes naturales: sed quia filius importat relationem que est in eo per generari: ideo non esset filius naturalis virginis nisi ad eius productionem in vtero quo ad humanam naturam virgo fecisset naturaliter: quod debet facere mater ad filij productionem in vtero.

CIrca litteraʒ. Natura eterna atq̃ diuina nõ posset temporaliter concipi ⁊c̃. idest habens naturã diuinaʒ. Super causam quia nõ ꝓducitur aliud ⁊ causatur ad cuius esse sequitur aliud ⁊ causatur. Et rationeʒ q: est incõprehẽsibilis a nostro intellectu. Et tẽporis quia nõ transit in preterituʒ: sed semper perfecta est ⁊ presens. Et naturaʒ: q: ad eam nõ cõcurrunt duo principia: sciʒ actiuũ ⁊ passiuum: ⁊ quia nõ est de parte substantie: sed de tota substantia generantis. Non ex semine nõ sciʒ virili: quia proprie semen dicitur: in quo est vis actiua ad formationeʒ prolis.

¶ De adoratiõe hũanitatis xp̃i: an eadẽ sit adoratio hũanitati ⁊ deitati exhibẽda. Di. IX. Dist. 9.

PReterea inuestigari oportet vtrum caro xp̃i ⁊ anima vna eademq̃ cum verbo debeat adoratione adorari illa: scilicet que latria dicitur. Si enĩ anime vel carni exhibetur latria que intelligitur seruitꝰ siue cultus soli creatori debitus: cũ anima xp̃i vel caro creatura tantũ sit: creature exhibetur qð soli creatori debetur: quod facienti in idolatriam deputatur. Ideo quibusdaʒ videtur nõ illa adoratione que latria est carneʒ christi vel animaʒ xp̃i esse adorandaʒ: sed illa que est dulia: cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdam modi dulia que creature cuilibʒ exhiberi potest: ⁊ est quedaʒ soli humanitati christi exhibenda non alij creature: quia christi humanitas super omneʒ creaturam est veneranda ⁊ diligẽda. Nõ tamen adeo vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur: qui cultꝰ in dilectione ⁊ sacrificij exhibitione atq̃ reuerentia consistit: qui latine dicitur pietas: grece autem theosebia: idest dei cultus: vel eusebia: idest bonus cultus.

Utrum caro xp̃i sit adorãda adoratiõe latrie qð ẽ ꝓpetas dine nãe.

Quidaʒ dicũt nõ illa adoratiõe adorãdaʒ eã. De spẽbꝰ dulie.

¶ Aliorum sententia qua vnam adorationem vtriq̃ exhibendam tradunt.

Aliis autem placet christi humanitatem vna adoratione cum verbo esse adorandam: non propter se: sed propter illum cuius scabellum est: cui est vnita. Neq̃ ipsa humanitas sola vel nuda: sed cum verbo cui est vnita nec ꝓpter se: sed ꝓpter illum cui est vnita adoranda. Nec qui hoc facit idolatrie reus iudicari põt: q: nec soli creature: nec propter ipsam: sed creatori cuʒ humanitate: ⁊ in hũanitate sua seruit. De hoc Ioã. Damas. ita ait. Due sunt nature christi ratione ⁊ modo differentes: vnite vero ſm hypostasim. Unus ergo christus est deus perfectus ⁊ homo perfectus quẽ adoramus cũ patre ⁊ spiritu vna adoratiõe cũ incõtaminata carne eiꝰ. Io. dam.

Non in

Non inadorabilẽ carnem dicentes. Adoratur enim in vna verbi hypostasi: que hypostasis generata est. Non creature venerationem prebẽtes. Non ergo vt nudam carnẽ adoramus: sed vt vnitã deitati in vnam hypostasim dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonẽ tãgere ꝓpter ligno copulatuꝫ ignem. Adoro xp̄i dei mei simul vtrãqꝫ naturaꝫ: ꝓpter carni vnitatem deitateꝫ. Non enim quartã appono personam in trinitate: sed vnã personã confiteor verbi ꝛ carnis eius. His verbis insinuari videtur christi humanitateꝫ vna adoratione cum verbo esse adorandaꝫ. De hoc etiam Aug. ait ex sermone domini: vbi dicit. Nõ turbetur cor vestrum: ita dicit. Dicunt heretici filiuꝫ nõ natura esse deum: sed creatuꝫ. Quibus respondẽdũ est: qui si filius nõ est deus natura: sed creatura: nec colẽdus est ois: nec vt de⁹ adorãdus: dicente apso. Coluerũt ꝛ seruierũt poti⁹ creature q̃ creatori. Sed illi ad hoc replicabũt ꝛ dicẽt. Quid est qꝫ carneꝫ eius quã creaturã esse non negas siĩ cuꝫ diuinitate adoras: ꝛ ei nõ min⁹ q̃ diuinitati deseruis? Ego dñicam carnem imo perfectam in christo humanitateꝫ ideo adoro: qꝫ a diuinitate suscepta ꝛ deitati vnita ẽ: vt nõ alium ꝛ aliuꝫ: sed vnuꝫ eundẽqꝫ deum ꝛ hominem filiũ dei esse confitear. Deniqꝫ si hominẽ separaueris a deo: illi nunq̃ credo nec seruio: velut si quis purpuram vel diadema regale iacens inueniat: nunquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus: periculũ mortis incurrit: si ea cum rege adorare quis contẽpserit. Ita in christo domino humanitateꝫ nõ solam vel nudaꝫ: sed diuinitati vnitã: scilꝫ vnũ filiuꝫ deũ verum ꝛ hominẽ verum si quis adorare contẽpserit: eternaliter morietur. Ideꝫ sũ per psal. xcviij. vbi dicitur. Adorate scabellum pedũ eius quoniã sanctuꝫ est. Sciendũ quia in christo terra est: idest caro que sine impietatate adoratur. Suscepit enim de terra terraꝫ: quia caro de terra est: ꝛ de carne. Marie carnem accepit. hec sine impietate a v̈bo dei assũpta adoratur a nobis: quia nemo carnem eius mãducat nisi prius adoret: sed q adorat nõ terraꝫ intuet: sed illũ poti⁹ cuius scabellũ est ꝓpter quem adorat. His auctoritatibus premisse inuestigationis absolutio explicatur.

Aug⁹.

Rom. i.

PReterea inuestigari oportet ꝛc̃. Superius iquisiuit Magister vtrũ diuine nature cõueniat nasci. Hic inquirit vtrũ caro xp̄i debeat adorari. Et primo ponit magister questioneꝫ. Secũdo eiusdem determinationeꝫ. ibi. [Ideo quibusdaꝫ videtur.] Et ista pars diuidit in duas. Primo ponit opinioneꝫ vnam. Secũdo aliam. ibi. [Aliys autem placet.] Et ista diuidit in duas. Primo ponit opinioneꝫ. Secundo opinionis cõfirmationem. ibi. [De hoc Joãnes ita ait.]

CIrca hanc dist. q̃rendũ est principaliter de tribus. Primo de adoratiõe latrie: per comparationẽ ad virtutẽ: per quam exhibetur. Secũdo per comparationẽ ad obiectum cui exhibetur. Tertio de virtute dulie. Circa primũ querũtur quinqꝫ. Primo vtruꝫ latria sit virtus. Secũdo vtruꝫ virtus spãlis. Tertio vtruꝫ virtus cardinalis. Quarto vtrũ sit aliqua pars vel spẽs iustitie. Quinto vtrũ latria sit nobilior inter virtutes morales. Questio. I. — Q̃õ. i.

PRimo ostendo qꝫ latria non sit virtus. Aug. 10. lib. de ciui. dei. ca. 1. Latria s̄m ꝯsuetudinẽ qua locuti sunt qui nobis diuina eloquia cõdiderunt: aut semper: aut tam frequẽter: vt pene semper ea di seruitus que pertinet ad colendũ deũ: sed s̄m eũdem. 14. de trini. cap. 1. Sapientia que s̄m deũ est: est verus ꝛ precipuus cultus dei: ergo cuꝫ sapiẽtia sit donuꝫ: vt habetur Isa. xi. seqtur qꝫ latria sit donuꝫ ꝛ nõ virtus. — Ar. p̄ᵒ

Item s̄m p̄hm. 2. ethi. ca. 6. virtus est habitus bon⁹: sꝫ latria est actus: qꝛ latria est cult⁹ dei. Colere autẽ deum actus est: ergo latria nõ est virt⁹. — Secũdo.

Item colere deuꝫ naturale est hominib⁹. Unde in lege nature ꝛ apud omnes homines colebatur deus: ꝛ adhuc colitur. Unde Aug. 1. de doctrina xp̄ia. cap. 4. Oẽs hic deuꝫ esse ꝯsentiunt qd ceteris rebus omnib⁹ anteponunt: sed s̄m p̄hm. 2. ethi. cap. 1. Uirtutes nõ insunt nobis ex nã: ergo latria: per quã deus colitur nõ est virtus. — Tertio.

Contra. s̄m p̄hm. 2. ethi. cap. 5. Uirtus est habit⁹ bonus qui habentẽ perficit: ꝛ opus ei⁹ bonũ reddit: sed hec diffinitio latrie cõuenit: qꝛ per ipsam adoratur deus ꝛ colitur qui est actus bonus ꝛ perficiẽs operantẽ: ergo latria est virtus. — In opp̄ᵐ

Item illud per qd implemus diuinuꝫ preceptũ virtus est: sed actus latrie: qui est adorare deuꝫ: vnũ est de decẽ preceptis. Unde Saluator Matth. 4. Scriptũ est. Dominũ deuꝫ tuũ adorabis: ꝛ illi soli seruies: ergo latria virtus est. — Secũdo.

Respondeo qꝫ latria sumi põt tripliciter: vno modo pro his que deo exhibẽtur ad reuerentiã ꝛ dominij sui recognitionẽ: sicut sunt sacrificia genuflexiones ꝛ similia. Alio modo pro ipsa exhibitione. Alio modo pro habitu per queꝫ predicti obsequij exhibitio ꝓmpte ꝛ faciliter elicit. Primo mõ nõ est virt⁹: sꝫ mã virtutis. Scdo mõ est act⁹ v̈tutis. Tertio mõ v̈tus est que v̈tus q̃tuor noib⁹ appellat. Di. n. pietas pp deuotionis affectũ: ꝛ theosebia. i. dñi cult⁹ vel eusebia. i. bon⁹ cult⁹: qꝛ per ipsaꝫ studiose obsequio dei intẽditur. Illud enim colere di hõ cui intẽdit. Di ẽt latria qꝫ s̄m Aug. 10. de ciui. ca. 1. nri īterpretati sunt seruituteꝫ inq̃tũ per ipsaꝫ exhibet deo obsequiũ ad recognitioneꝫ dñij in ipso ꝛ s̄uituti͡ꝫ in offerẽte. Q̃nqꝫ ẽt di religio: inq̃tuꝫ homo obligatur ad aliqua determinata opera ad cultum dei exhibenda: ꝛ sic patꝫ qꝫ predicta nomina sibi cõueniunt s̄m rationes diuersas. — Ad q̃õnẽ s̄m mẽtẽ ꝓpriam. Latria triplex. Latria di uersis nominibus appellat. Quid colere.

Ad primum in oppositũ dõm: qꝫ ibi nõ accipitur sapientia: prout est donũ: nec put est intellectualis virt⁹: sed accipitur p quadã sapida deuotione in affectu. — Ad p̄ᵐ

Ad scdm dõm: qꝫ latria q̃nqꝫ accipitur pro actu: q̃nqꝫ pro habitu: vt in q̃õne dictum est. — Ad scdm

Ad tertiũ dõꝫ: qꝫ colere deũ: put est act⁹ virtutis nõ est hominib⁹ nãle: nisi inq̃tum in eis est aptitudo nãlis ad recipiendũ v̈tuteꝫ: per quã colitur deus. Unde q̃uis omnes aliquo modo deum colant: nõ tñ ab hominibus virtuose colitur. — Ad 3ᵐ

Questio. II. — Q̃õ. ii.

SEcundo vtrũ latria sit v̈tus spãlis. Et videt qꝫ nõ. Aug. 19. de ciui. dei. ca. 23. Dicit qꝫ deũ per iustitiã ꝛ castitateꝫ aliasqꝫ virtutes adoram⁹: ergo cũ adoratio dei sit act⁹ latrie. Latria. n. nolat aliquã spãlẽ virtutẽ. Itẽ — Ar. p̄ᵒ Secũdo.

Aug. 12. de tri. ca. 14. dicit ꝙ cult⁹ dei nō eſt niſi amor eī⁹ quo nūc deſideram⁹ eū videre: credimusq; ⁊ ſperam⁹ nos eſſe viſuros: ergo latria comprehendit plures virtutes.
Tertio. ¶ Itē ſpālis virtus ſpēalem habet mām: ſed latria nō habet ſpecialē materiā: quia eius mā videtur eſſe omne obſequiū ſoli deo debitū: ḡ nō eſt virtus ſpālis: ſȝ gnālis.

In opp^m **Contra.** idolatria eſt ſpāle vitiū: ſed latria opponitur idolatrie: ergo cum ſpāli vitio ꝯopponitur ſpālis virtus: latria eſt ſpecialis virtus.
Secūdo. ¶ Item generalis virtus nō precipitur ſpāli precepto. Unde generalis iuſticia quolibet precepto percipitur: ſed latria precipitur ſpāli precepto. ſ. per ꝑmū ꝓceptum ꝑme tabule: vt pȝ Exo. 20. ergo eſt ſpālis virtus.

Ad qōnē ſm mētē ꝓprīā. **Respondeo** ꝙ latria eſt ſpālis virtus ſm eſſentiam ſuam: quia reſpicit ſuū obiectum ſub aliqua ſpāli rōne boni: obiectum. n. eius eſt honor quo ſignificatur in deo ſuū dñium: ita ꝙ omnis honor qui per latriā deo exhibet ſub predicta rōne ei exhibetur: ⁊ qr in ſolo deo eſt ſummū dominiū: inq̄ntum ipſe ſolus eſt creator: ⁊ cuiuſlibet rei primus ⁊ principalis cōſeruator: ideo cultus qui per latriā exhibetur ſoli deo debetur: nec licitū eſt illud cultū alicui creature exhiberi.

Ad ꝑ^m **Ad primū** in oppoſitū dōm: ꝙ ſicut magnanimitas negociat circa actus aliaꝝ virtutū: inq̄ntum intendit magnum in omni virtute: vt dicitur. 4. ethi. cap. 9. Ita dici pōt ꝙ latria pōt reſpicere pro mā actum virtutis cuiuſlibet ſub rōne aliqua ſpāli inquātū. ſ. per actum cuiuſlibet virtutis intendit teſtificari in deo ſūmū excellentiā dominij. Et ſic intelligi poteſt illud verbū Aug⁹. ſ. ꝙ per oēs virtutes colitur deus vel poteſt dici ꝙ ibi loqtur de cultu dei generalr̄ dicto: ⁊ ſic quilibet actus directus in deū tāq̄ in finē quēdā dei cultus dici pōt.
Ad ſcdm ¶ Ad ſcdm pōt dici ꝙ ibi vocat Aug. cultū dei quēlibet actū virtutis deū reſpicientē nō tantū ſicut finem: ſed ēt ſicut imediatū obiectū. Talis autē cultus nō eſt per latriā: ſed per fidem ſpem ⁊ charitatē. Uel poteſt dici ꝙ pro tāto dī deus coli fide ſpe ⁊ amore: quia fides oſtendit illū cui exhibēdus eſt cultus latrie: ⁊ per ſpē voluntas ad ipſū erigitur: ⁊ per charitatē ad ipſum afficitur: que tria requirūtur ad hoc ꝙ cultus latrie deo exhibeatur.
Ad 3^m ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ q̄uis māe latrie ſint res multe: tñ ſub vna rōne ſunt obiectū ipſi⁹ latrie: que rō in corpe qōnis explicata eſt.

Qō. III. Qō. III.

Ar. ꝑ⁹ **Tertio** querit vtrū latria ſit virt⁹ cardinalis. Et videtur ꝙ non. ſm pħm. 2. ethi. cap. 6. Uirtus moralis eſt exiſtēs imediate quo ad nos determinata rōne: vt ſapiēs determinabit. Medietas autē duaꝝ malitiaꝝ: huius quidem ſm abundantiā: huius autem ſm defectum: ſed nō pōt eſſe ſuperabūdantia in colēdo deū: ergo latria ꝑ quā colitur deus nō eſt moralis virtus: ⁊ ex ꝯñti nec cardinalis.
Secūdo. ¶ Item illa virtus eſt theologica: que deū reſpicit pro fine: ⁊ pro imediato obiecto. Sed talis virt⁹ eſt latria
Tertio. Obiectū enim eius videtur eſſe ipſe de⁹ ſub rōne qua in ipſo ē ſūmū dñium: ergo latria eſt v̓t⁹ theologica. ¶ Itē Aug. 10. de ciui. cap. 4. dicit ꝙ deo ſacrificamus hoſtiam humilitatis ⁊ laudis in ara cordis: igne feruide charitatis: ⁊ aliqbus interpoſitis ſeqtur. hic eſt dei cult⁹: hec vera religio hec vera pietas: hec tñ deo debita ſeruit⁹. Cū ergo iſta circūloquātur latriā: videtur ꝙ latria ſit idem qḋ charitas: ⁊ ex ꝯñti ꝙ ſit v̓t⁹ theologica nō cardinalis.

In opp^m **Contra.** iuſtitia eſt virt⁹ cardinalis: ſed latria videtur reduci ad iuſtitiam: quia eius actus eſt alij reddere debitū: ergo eſt virtus cardinalis.
Secūdo. ¶ Itē latria religio quedam eſt: ſed vt habetur Iaco. 1. Religio munda ⁊ imaculata apud deum ⁊ patrē hec eſt: viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ: ⁊ imaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo: ſed hi nō ſunt act⁹ alicui⁹ v̓tutis theologice: ergo latria nō eſt virt⁹ theologica: ſed cardinalis.

Ad qōnē ſm mētē ꝓprīā. **Respondeo** ꝙ latria nō eſt virtus theologica: ſed cardinalis: qr theologica virtus deum reſpicit: nō tantū ſicut finem: ſed etiam ſicut imediatū obiectū. Per fidem enim imediate credim⁹ in deū: per ſpē imediate in ipſo ſperamus: per charitatem imediate ipſum diligimus. Quāuis autem deus ſit finis alicuius virtutis cardinalis mediatus: alicuius imediatus: tamen cuiuſlibet virtutis cardinalis obiectū creatū eſt: ipſius autē latrie deus obiectum non eſt: ſed aliquis creatus honor in deo ſūme dominiū teſtificans: iſtius tamē actus latrie deus imediatus finis eſt: quia illū honorē exhibet creatura per latriā ipſi deo imediate ꝓp ipſū deū: ex quo ſeqꝑ ꝙ nō eſt virtus theologica: ſȝ cardinalis magis preeminēs inter cardinales virtutes.

Ad ꝑ^m **Ad primum** dicendum ꝙ actus latrie in medietate conſiſtit: ſed illud mediū debet accipi per comparationē ad rationem rectam: ita ꝙ nec excedat iudicium rationis: nec ab eo deficiat: vnde ſi aliquis ſacerdos vellet quolibȝ die dicere decē miſſas excederet iudicium rationis: ſi nunquā vellet dicere miſſam deficeret ab eo: ⁊ ſm plures circūſtantias poſſūt in actu latrie defectus: ⁊ ſuperabundantia inueniri: per comparationē ad iudicium rationis.
Ad 2^m ¶ Ad ſecundum dicendū: ꝙ minor falſa eſt: obiectum enim latrie: nō eſt ipſe deus: ſed aliquis creatus honor quo in deo ſignificatur ſummū dñium.
Ad 3^m ¶ Ad tertium dicendum ꝙ charitate dicitur deus coli: quia imperat actū latrie: quo de⁹ colitur: vel inquantū actus eius aſſumitur vt materia latrie: inq̄ntum eſt diligendo ipſū ꝓpter ſe ſuper oīa preſtari in eo ſūmū diuinū intendimus.

Qō. IIII. Qō. IIII.

Ar. ꝑ⁹ **Quarto** queritur vtrum latria ſit aliqua pars vel ſpecies iuſtitie. Et videtur ꝙ nō. quia non eſt iuſtitia diſtributiua: nec iuſtitia cōmutatiua: quia ſm pħm. 5. ethi. cap. 7. conſiſtit in cōmunicationibus ad alterum: ſed in preſenti vita nō cōmunicamus cum deo: quia dei nō eſt cum hominibus conuerſatio: ergo cum per latriā exhibeamus cultū non creature: ſed deo: latria nō poteſt eē iuſtitia cōmutatiua.
Secūdo. ¶ Item omnis iuſtitia conſiſtit in quadam equalitate ad alterum: vnde ſm pħm. 5. ethico. cap. 6. Si iniuſtum inequalem iuſtum equale ⁊c. Ix. dicit ꝙ ſi princeps eſt cuſtos iuſti: eſt cuſtos equalis: ſed deo non poſſumus equalia rependere: ergo cum per latriam exhibeamus deo cultū in latria non eſt ratio iuſtitie: vt videtur.
Tertio. ¶ Item per iuſtitiam redditur alij totum: qḋ ei debetur: ſed per latriam non redditur deo totū quod ei debetur: quia ſm Aug. lib. 83. queſtionū. queſtiōe. 68. Nulla eſt natura que nō debeat deo id quod eſt: ſed per latriam nō reddit homo deo ſe totū: ergo latria non eſt aliqua pars iuſtitie: vt videtur.
Quarto. ¶ Item pħs. 5. ethicoꝝ. cap. 11. Non eſt iuſtitia proprie dicta inter ſeruum ⁊ dominū: nec inter patrem ⁊ filium: ſed deus eſt noſter dominus ⁊ pater: nos autem eius ſerui ⁊ filij: ergo non eſt aliqua iuſtitia inter nos ⁊ deum: cum ergo per latriam ordinemur ad deū: nō ad creaturam: latria nō eſt ſpecies: vel pars iuſtitie: vt videtur.

In opp^m **Contra.** ſm pħm. 8. ethicoꝝ. cap. vltimo. nullus aliquando retribuet ſm dignitātē dijs ⁊ parentibus. Impotentiam autem famulans epitikes videtur eſſe: ergo qui deo reddit honorē: quem poteſt iuſt⁹ eſt: ſed per latriam deo exhibemus honorē quē poſſumus: ergo latria: ſicut pars vel ſpecies ad iuſtitiam reducitur.
Secūdo. ¶ Item reddere debitum eſt actus iuſtitie: ſed vt habitum eſt ſupra per latriā exhibetur deo cultus debitus: ergo videtur ꝙ latria eſt ſpēs: vel pars iuſtitie.

Ad qōnē ſm mētē ꝓprīā. **Respondeo** ꝙ latria eſt pars potētialis iuſtitie nō tamē eius ſpēs: quia in ſpēbus ſaluatur

saluatur plenarie rō generis:sed in latria nō saluatur ple
na rō iustitie:q: ſm phm.5.ethi.ca.6.Justitia consistit in
q̄dā equalitate ad alterū per iustitiā:et reddit alteri de
bitū.Unde Aug.19.de ci.ca.21.dicit q̄ iustitia ea virtus
est q̄ sua cuiq3 distribuit.Uirt^9 q̄ deficit a plena rōne iusti
tie ſ3 q̄ in aia est vna de q̄tuor virtutibus cardinalib^9:aut
q: in illo q̄ p ipsā alij reddit non saluat plena rō debiti:
sed aliq̄ debiti pticipatio:aut q: p ipsā alteri equale non
reddit:ſ3 tn̄ reddit debitū ſm possibilitatē reddētis: q̄n
tis aūt honor quē p latriā deo exhibem^9:sit ei debit^9:tn̄
ipsi nō exhibem^9 honorē:ſ3 q̄ dign^9 est:nec quātū ei de
betur:sed per latriā exhibem^9 q̄ntū possum^9.Un̄ Sap.
Eccl.43.Benedicētes dn̄m exaltate illū quātū potestis
maior est enī3 oi laude.p3 ḡ q̄ latria non est spēs iustitie:
q: tn̄ per ipsam reddit debitū:q̄uis nō ſm equalitatē:ſ3
ſm reddētis possibilitatē:id participat aliquā rōnē iusti
tie:z ideo vt ps potētialis ad eā reducit. Pars.n.poten
tialis alicui^9 totius dī:in qua nō saluat tota rō:z virt^9 to
tius:z tn̄ aliq̄3 h3 participationē rōnis toti^9 z sue virtutis.

Ad pmū **Ad primuz** in oppositū dōm:q̄ illud arg^m non
plus probat:nisi q̄ non reducit ad
iustitiā:sicut spēs ad gen^9:z h̄ est verū:sed nō ꝯcludit:q̄
nō reducat:sicut potētialis pars:q: q̄uis nō sit cōicatio
inter nos z deū:sicut est inter illos inter quos iudex ſm
legē equalitatē ꝯstituit:tn̄ cōicam^9 cū deo aliquo mō:in
quantū ab ipso bñficia recipim^9:z inq̄ntū sibi honorem
Ad 2^m debitū ſm nostrā possibilitatē exhibemus. ¶ Ex dictis
Ad 3^m p3 solutio ad 2^m. ¶ Ad 3^m dōm:q̄ illud q̄d sum^9:nō tn̄
semel deo debem^9:ſm Ber.li.de diligēdo.ca.16.bis pro
nobis nos debem^9 semel rōne creationis:z semel rōne re
dēptionis:z multotiēs nos deo debem^9:q: se pro nobis
dedit:vnde planum est q̄ deo repēdere equale nō possu
mus:quapropter latria spēs iustitie non est: sed quia per
ipsam debitum reddimus ſm q̄ possumus pars iustitie
Ad 4^m potentialis. ¶ Ad quartuz dicendū:q̄ nō plus ꝯcludit
nisi q̄ in latria nō saluatur plena ratio iustitie que est vir
Qō.v. tus cardinalis. Questio. V.

Ar p^o **Quinto** queritur verū latria sit nobilior
inter alias virtutes morales.Et
videt q̄ nō. Saluator Luc.14.Qui se humi
liat exaltabit.Cū ergo exaltationē attribuat
humilitati:vr̄ q̄ īter virtutes morales humilitas sit no
Secūdo. bilior virt^9. ¶ Itē3 Math.xi.dicit Saluator.Discite a
me:q: mitis sū3 z humilis corde.Cū ergo mititatē z hu
militatē spālīter docuerit:vr̄ q̄ eas reputauerit nobilio
Tertio. res inter alias virtutes. ¶ Itē3 phus.5.ethi.ca.3.dicit q̄
pclarissima virt^9 videt esse iustitia:z neq3 hesperus:neq3
lucifer est ita admirabilis:ḡ vr̄ q̄ iustitia nobilior sit īter
Quarto. virtutes morales. ¶ Itē phs.4.ethic.cap.9. dicit q̄ vr̄
magnanimitas vt ornat^9 quidā esse virtutū:sed illa virtus
moralis que ornatus est aliaꝝ virtutū moraliū nobilior
est inter eas:ergo magnanimitas nobilior est īter virtutes
Quinto. morales. ¶ Itē illa virt^9 que operat q̄d magnū est in q̄
cūq3 virtute:z per quā hō est maximis dign^9 inter virtu
tes morales nobilior est:sed magnanimitas est huiusmo
di:ſm.n.phm.4.ethi.ca.8.Magnanim^9 est maximis di
gnus:z ipsi^9 vr̄ esse q̄ in vnaquaq3 virtute magnū:ergo
Sexto. magnanimitas nobilior est inter virtutes morales. ¶ Itē
nobilior est virtus pncipalis q̄3 illa que reducit ad eā:si
cut pars potētialis illius:sed latria reducit ad iustitiā:
sicut pars potētialis ad pncipalē virtutē:vt in pcedēti q̄
Septio. stione dictū est:ergo iustitia nobilior est q̄3 latria. ¶ Itē
quāto obsequiū est magis debitū debito necessitatis:tā
to est minus gratū z laudabile.Un̄ Apls.1.ad Corin.9.
si euangelizauero nō est mihi gl'ia:necessitas enim mihi
incūbit:sed act^9 illi^9 virtutis:quo deo debit^9 cultus exhi
betur:maxime debitus est debito necessitatis:ergo mini
me est laudabilis z grat^9:z ex ꝯñti virtus latrie a q̄ elicit:

Contra. actus latrie precipitur per primū pceptū In opp^m
prime tabule:vt habet Exo.20.implicite:
sed primū preceptū pme tabule nobili^9 est inter alia pce
pta:cū ergo nobiliori precepto pcipiatur actus nobilio
ris virtutis:videt q̄ latria inter virtutes morales nobi Secūdo.
lior sit. ¶ Itē3 nobilior est ordo hominis ad finē3 q̄3 ad
ea:que sunt ad finē:q: ex ordine hois ad finē: depēdet or
do suus ad ea que sunt ad finē:sed per alias virtutes mo
rales hō ordinatur imediate vel ad se ipm:vel ad pximū
qui sunt res ad finē:per latriā aūt homo ordinatur ime
diate ad deum:sicut ad finem:ergo latria inter virtutes
morales nobilior est.

Respondeo q̄ latria inter virtutes morales no Ad qōnē
bilior est:in his que sunt ad finē3 ſm mētē
maxime attēditur bonitas ex debito ordine ipsoꝝ ad fi ppriam.
nem:q̄uis aūt virtutū moraliū deus nō sit ob3:tn̄ earū
omniū finis est.Latria aūt inter virtutes morales magis
de ppinquo respicit deū:sicut finē:inq̄ntum actus ei^9 est Latria
circa ea:que directe z imediate ordinant ad diuinum ho nobilior
rē:ergo inter alias melior z nobilior est. inter vir

Ad primum in oppositum dōm: q̄ Saluator tutes.
exaltationē attribuit humilitati: Ad p^m
nō q: inter virtutes morales sit nobilior:sed per quādā
appropriationē:q: enī3 per humilitatē ꝯtēnitur sublima
tio terrena:ideo humilitati pmittitur exaltatio ppetua. Ad scdm
¶ Ad scdm dōm:q̄ Saluator ibi nō ꝯmēdauit mitita
tem z humilitatē:q: nobiliores essent inter alias virtutes
morales:sed q: tēdentes ad pfectionē vite ab istis incipe
re debēt:q: p mititatē excluditur crudelitas: per humi
litatē supbia:que duo vitia maxime pcludūt viā ad vite
pfectionē. Uel pōt dici q̄ ideo tunc spālr recōmēdauit
predictas virtutes:q: illi qbus loquebatur:magis proni
erāt ad superbiā z crudelitatē:q̄3 ad vitia alijs virtutib^9
moralib^9 opposita:z huic ꝯcordat q̄ ante predicta verba
repreheēderat eos de crudelitate z supbia. ¶ Ad tertiū Ad 3^m
dicunt aliq q̄ ibi loqt de iustitia generali:que est ois vir
tus.Unde paꝝ post verba predicta subdit phs. Justitia Eodē c^o
autē3 simul ois virtus est:z ſ3 hoc illa iustitia:de qua ibi
loqtur:includeret latriā:sed hec solutio nō valet:nec est
ſ3 mentē phi:ibi.n.loqtur de iustitia legali:que est virt^9
ab alijs distincta per eēntiam:que pro tāto dicitur simul
omnis virtus:quia actus omnium virtutum moralium
ordinat z refert ad bonum cōmunitatis. ¶ Dicendum
ergo ad argumētum q̄ iustitia legalis ibi dicitur esse pre
clarissima virtus:nō simpliciter:sed inter virtutes mo
rales imediate ordinantes hominē ad seipsum vel ad p
ximū. Latria autem vt dictū est:imediate ordinat ho
minem in deum:sicut in finem:inquantū actus eius im
mediate ordinatur ad honorem diuinum. Unde nec ad
suum actum interiorē3 mouetur per legalem iustitiam:
sed per virtutes theologicas:que propinquiores sunt deo
que nō tantū ipsum respiciunt:sicut finē3: sed etiā3 sicut
obiectū. ¶ Ad quartū dō3:q̄ nō dī magnanimitas esse Ad 4^m
ornatus virtutū:quia sit nobilior omnib^9 alijs virtutib^9.
Sed q: alias virtutes morales psupponit: z eis superue
niens per magna facta eaꝝ claritatem ostendit:z earum
auget bonitatē: vn̄ phs.4.ethi c.9.postq̄3 dixit magna
nimitatē3 ornatū esse virtutū imediate subiungit: q: maio
res ipsas facit:z nō fit sine illis:z pter hoc difficile ſm U.l.sine
veritatē3 magnanimū esse:nō enim possibile sine virtu bōitate.
te omni. ¶ Ad quintū dōm:q̄ magnanimus dī maxi Ad 5^m
mis dignus:nō rōne virtutis magnanimitatis tantū: ſ3
pter alias virtutes:quas presupponit:nec intelligēdū
q̄ sit dignus maximis simpliciter:sed maximis honori
bus testificantibus magnitudinē3 in homine virtuoso:
honor autē3 circa quē est actus latrie testificatur summū
dominiū3 esse in deo:q̄ magis est: magnanimitas etiam
tendit ad illud q̄d magnū est in actu cuiuscūq3 virtutis:

inquantū in illa magnitudo est honor debitus homini virtuoso. Latria autem intendit magnitudinem in actu cuiuscunq; virtutis: inquantum in illa magnitudine est honor testificans summū dominiū in deo: et sic sub nobiliori ratione actus aliarum virtutū assumitur quādoq; vt mā latrie q̄ magnanimitatis.

Ad 6m ¶ Ad sextum cum dicitur q nobilior est virtus principalis q̄ illa que reducitur ad eam: sicut pars potentialis etc. Dico q nō est verum in proposito. Laus enim virtutis magis cōsistit in actu voluntatis interiori q̄ in possibilitate operātis. Latria autem per comparationē ad actum voluntatis interiorē: non reducitur ad iustitiā: sicut pars possibilis

Ad 1. pōlis illius: quia homo per latriam optat deo reddere equale si possibile esset: vnde quantū ad actum voluntatis interiorem: nō deficit ab equalitate iustitie: sed quantū ad possibilitatē operātis: qui nō potest deo reddere equale et ideo sm comparationē illam reducitur ad iustitiam: sicut pars possibilis illius.

Ad 7m ¶ Ad septimū cum dicitur q quanto obsequium est magis debitū tanto minus est laudabile etc. Dico q nō oportet hoc esse verū respectu diversorū. Laudabilius enim est deo reddere obsequiū debitū q̄ hoi facere obsequiū: ad qd faciēdū faciēs nō tenet. Vel potest dici etiam q respectu eius ppō veritatē nō hz: nisi inquantū obsequium nō debitum debito necessitatis includit etiam obsequium debitum: quod pz. Laudabilius enī est reddere homini quinq; ad que reddenda homo tenetur: nullam gratiā superaddendo q̄ facere modicā gratiam et debitum magnū nō reddere: q̄uis vtrūq; simul laudabilius sit: debitum ergo necessitatis: et si nō imponet gratiam supererogationis: non tñ tollit laudabilitatē virtutis: qr in reddēdo obsequiū ad qd reddēs tenet mouet volūtas libere nō coacte.

CONsequenter queritur de secūdo principali. Et circa hoc querūtur quinq;. ¶ Primo vtrū humanitati christi sit cult⁹ latrie exhibendus. ¶ Secundo vtrum imagini christi. ¶ Tertio vtrū cruci. ¶ Quarto vtrum matri dei. ¶ Quinto vtr sm aliquos corporales ritus debeat exhiberi.

Qō. 1. Qō. I.

Ar. p° PRimo ostendo q humanitati xpi non sit cult⁹ latrie exhibēdus. Glo. super illud verbū psal. Adorate scabellum pedū eius. Dicit q caro xpi a verbo dei assumpta sine impietate adoratur a nobis: et paucis iterpositis subiungit: nō illa dico adoratione: que latria est: que soli

Secūdo. creatori debetur: sed illa que in dulia dignior est. ¶ Itē minori minor debetur reverentia: sed christus: inquātū homo minor est patre. Unde dicit Jo. 14. Pater maior me est: ergo sibi inquantum homo nō debetur illa maxi-

Tertio. ma adoratio que per virtutē latrie exhibetur. ¶ Item cultus latrie debetur alicui ratione sūmi dominij: quod fundatur in sūma potestate sapientia et bonitate: sed humanitas christi non habet sūmā potestatem: nec sapientiam: nec bonitatem: quia creatura est: ergo sibi cultus latrie non debetur.

In oppm CONTRA. Augu. de verbis domini Homel. 58. prope finem. Perfectā in christo humanitatem ppterea adoro q a divinitate suscepta atq; vnita deitati est: vt nō alium atq; alium: sed vnū eundēq; deum et hominem dei filiū esse cōfitear: ergo videtur q humanitas xpi adorāda est: illa eadē adoratione qua xpus adoratur:

Secūdo. illa aūt est adoratio latrie. ¶ Itē purpura qua rex indutus est: honorat illo honore quo honorat rex: vñ Augu. in Homel. pdicta circa finē. Cū rex purpura fuerit idutus periculum mortis incurrit: si eā simul cū rege adorare quis contempserit: ergo sifr q̄uis humanitas xpi: si esset a verbo separata nō deberet latria adorari: tñ videt q inquantum verbo est vnita vna adoratione: et eadem cum ipso verbo debeat adorari.

Ad qōnē sz mēt ppuā. RESPONDEO q cultum latrie exhiberi humanitati xpi dupliciter potest intelligi aut ita q exhibeatur ipsi humanitati ppter se habendo aspectum ad eā tātū: et sic dico cū creatura sit nō obstāte hoc q est vnita verbo nō est licitum sibi cultum latrie exhiberi: aut ita q sibi exhibeatur per verbū cum quo vna adoratiōe adoratur: et sic dico q humanitati xpi cultus latrie debetur: vna enī adoratione et eadē adoratur suppositū et natura: ita q nā per suppositū. Xps autem nomen persone est in duab⁹ naturis sz Damas. lib. 3. c. 3. et ideo vna et eadem adoratione adoratur xps et natura humana in ipso. Huic modo respōdendi ↄcordat Dam. lib. 3. cap. 8. Cuius auctoritatē adducit Magister in lra vbi dicitur sic. vnus est christus perfectus deus et homo perfectus quem adoramus cū patre et spū vna adoratione: cum incōtaminata carne eius: nō inadorabilē carnē dicentes. Adoratur enim in vna verbi hypostasi.

Ad pm AD PRIMUM dicendū: q illa Glo. intelligēda est de adoratione: que exhibet alicui primo: et ppter se.

Ad 2m ¶ Ad scdm cum dicitur q minori minor debetur reverentia etc. Dico q verum est de reverentia: que debetur alicui primo et per se: sic autem nō debetur cultus latrie humanitati xpi: sed primo et per se debetur verbo: et ex consequenti humanitati christi propter verbum: inquātū eius suppositū est.

Ad 3m ¶ Ad tertiū dōm q q̄uis humanitas xpi nō habeat sūmū dominiū tamē vna adoratione adoratur cum xpo in quo est summum dominiū: quia christus est nomen p[er]sone in duabus naturis: vt dictum est.

Qō. II. Questio. II.

SEcundo queritur vtrū imagini xpi cultus latrie sit exhibendus

Ar. p° Et videtur q non. Exod. 20. Non facies tibi sculptile neq; omnē similitudinem: que est in celo desuper: et que in terra deorsum: neq; eorū que sunt in aquis sub terra non adorabis ea: neq; coles.

Secūdo. ¶ Item Damas. lib. 4. cap. 8. dicit q impietas est figurare qd divinum est: ergo si illicitum est figurare imaginē dei multo fortius illicitum est adorare.

Tertio. ¶ Item in cultu dei nō sunt exhibenda: nisi ea que per divinam legem determinantur: sed nec in veteri lege: nec in nova invenimus determinatū q deus in imaginibus adoretur: ergo imagini christi cultus latrie nō debetur.

In oppm CONTRA. ecclesia sancta hoc observat vt christus in sua imagine adoratiōe latrie adoret.

Secūdo. ¶ Itē Aug. 3. de doctrina xpia. cap. 1. qui operatur aut veneratur signū divinitus institutū: cuius viz significationēq; intelligit nō hoc veneratur qd videt: et trāsit illud pot⁹ quo talia cūcta referēda sunt: ergo cultus qui exhibetur imagini xpi refertur ad xpm: et sic idem cultus latrie qui xpo debetur: debetur etiā imagini xpi.

Ad qōnē sm mētē ppriā. RESPONDEO q imago xpi dupliciter pōt considerari. Uno modo absolute sz illud qd est. Alio modo in relatione ad xpm. s. sub ratione qua est imago ei⁹. Primo mō nō est imagini xpi cultus latrie exhibēdus nec aliqs cultus: sicut nec alij lapidi vl ligno. Scdo mō sibi est cult⁹ latrie exhibēdus: qr sic motus nō sistit in imagine: sed fertur in illum cuius est imago. vnde Damas. li. 4. ca. 8. sic ait: deiformis et magn⁹ in divinis basilius imaginis honor ad prototypū provenit. i. exēplar prototypū aūt est quod imaginatur.

Ad pm. Cur i veteri lege nō licebat fieri imagines. AD PRIMUM in oppositū dōm: q in veteri lege non erat licitum fieri imaginē triplici de causa: tum qr ipsa natura divina nō est figurabilis: tū qr populus iudaicus pnus erat ad idolatriā ppter exēplū aliarū gētiū: tū qr aliq idolatre estimabāt q ex vi pstellationis sub qua fiebant imagines attribueret ipsis imaginibus aliquid divinum: post incarnationem vero

licitum

Cur licet i lege grē fieri imagines.

licitum est fieri imaginem dei: quia ⁊ si nō sit figuralis: inquantum deus: est tamen figurabilis: inquantum homo. Fuit etiam ⁊ est expediens facere imaginem christi ⁊ sanctorum: quia sicut dicit Damas. lib. 4. c. 8. loquens de his que christus fecit pro nobis: quia non omnes nouerunt litteras: neq̄ lectioni vacant: patres excogitauerunt velut quosdam triumphos in imaginibus hoc describere ad velocem memoriam: cui rationi potest alia superaddi. s. quia magis mouēt visa q̄ audita.

Ad 2m ¶ Per predicta patet solutio ad secūdū.

Ad 3m ¶ Ad tertium dicendū: ꝙ aliqua tradiderunt apostoli que scripta non sunt que diligenter obseruauit: ⁊ obseruat sctā ecclesia. Unde Dam. lib. 4. c. 4. dicit de apostolis. Q2 multa non scripta tradiderunt nobis. ¶ Preterea in veteri lege precepit dominus fieri imagines cherubin que obumbrarent propitiatorium: vt habetur Exo. 25. Narrat etiam Damas. li. 4. c. 8. ista. ꝙ fertur ꝙ quedam hystoria dicit ꝙ dominus Agaro gelisinorum ciuitatis regi qui pictorem miserat imaginem domini similiter picturare ⁊ figurare nequeunte pictore propter coruscantes a facie eius claritates ipsum vestimentum proprie speciei diuine ⁊ viuifice super iponens in vestimento illo sui ipsius imaginem abstersisse: ⁊ ita cupienti Agaro misisse: ⁊ post eodem. c. Accepimus Luc. euangelistam pinxisse dominum: ⁊ matrem eius.

Qō. III. Questio. III.

Ar. p° TErtio queritur vtrum cultus latrie exhibendus sit cruci christi. Et videtur ꝙ nō: quia si adoretur latria: quia christus in ea fuit extensus s̄m humanitatem pari ratione celum deberet adorari latria: quia est sedes dei s̄m diuinitatem. Unde Isaie. 66. Hec dicit dominus celum sedes mea: ⁊ tamen celo non debetur cultus latrie.

Secūdo. ¶ Itē cruci non debetur cultus latrie s̄m se: nec in relatione: quia imago christi non est: ergo nullo modo.

Tertio. ¶ Item cui debetur cultus latrie debet orari: sed crucem non debemus orare: orātem. n. exaudire nō pōt. ergo nec adorare.

In opp^m Contra. Damas. libro quarto. c. 3. Si amator diligibilis domus ⁊ lectulus ⁊ hortus: quanto magis que dei ⁊ saluatoris per que ⁊ saluati sumus adoramus: ⁊ typum pretiosi crucis.

Scdo ¶ Item infra eodem. c. Adorandum signum christi: vbi enim vtiq̄ fuerit signū: illic ⁊ ipse erit.

Ad qōnē s̄m mētē ꝓpriam. Respondeo ꝙ ille ⁊ eadem crux in qua christus pepēdit: dupliciter potest cōsiderari: vel s̄m se: inquantum est res quedam absoluta: ⁊ sic sibi non debetur cultus latrie: sed tamen est venerāda: sicut pretiose reliquie: propter cōtactum sanctissimorum christi membrorum: ⁊ propter multa beneficia: que per mortem christi in cruce nobis sunt collata. Unde Damas. lib. 4. c. 3. Omnibus est mirabilior pretiosa eius crux. Per nullum enim aliud mors euacuata est: primi parentis peccatum solutum est infernus depredatus est: resurrectio donata est: virtus nobis ad contēnendum presentia: ⁊ ipsam mortem tributa est: porte paradisi aperte sunt.

Quando ratōe adorat crux christi. ¶ Uel potest cōsiderari in relatione: scilicet inquātum est representatio christi crucifixi: ⁊ sic eadem adoratione adoratur: qua ipse christus existens: quia adoratio non sistit in cruce: sed refertur a christum.

Quando ratōe alie cruces. Cruces autem que de alia materia fiunt: vt de auro: vel argēto: vel alijs lignis adorande sunt: inquantum crucifixum representant. Unde nulla veneratio eis debetur: nisi ratione figure: ratione cuius est crucifixi signum. Unde Damas. lib. 4. c. 3. Postq̄ dixit adoramus typum pretiose crucis immediate subiungit: ⁊ sic ex alia materia facta est: non materiam honorantes: absit: sed typum: vt christi symbolū. i. notam: ⁊ aliquibus iterpositis postea subdit: materia ex qua typus crucis consistit: ⁊ si aurum: ⁊ pretiosi lapides fuerent post typi si contigerit dissolutiōem non adorāda.

Ad p^m Ad primum in oppositum dicendum: ꝙ non est simile de celo: ⁊ cruce: quia celum representat deum s̄m generalem modum: quo omnis creatura representat creatorem. Crux autem representat christum crucifixum s̄m specialem modum. Est enim specialissimum memoriale passionis Jesu christi.

Ad 2m ¶ Ad secūdum dicendum: ꝙ quamuis crux non sit imago christi: tamen est quedam representatio specialis ipsius: ⁊ passionis sue. Unde ⁊ si non sit imago: tamen signū eius est. Unde saluator Matth. 24. Apparebit signum filij hominis: q̄d quedam glosa ibidem. ⁊ Damas. li. 4. c. 3. exponunt de signo crucis.

Ad 3m ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ sicut adoramus christum crucifixum in adorando crucem: ita oramus christum in orando crucem. Unde cum dicimus: o crux aue spes vnica: hoc passionis tēpore: auge pijs iustitiam ⁊ c̄. Hec verba referuntur ad christū cuius crux est speciale signum.

Qō. IIII Qō IIII.

Ar. p° QUarto queritur vtrum cultus latrie sit exhibendus matri christi. Et videtur ꝙ sic. Cruci debetur cultus latrie: quia est speciale signum christi: sed specialius signum christi est eius mater: q̄ ipsa crux. ergo multo fortius debetur cultus latrie matri christi.

Secūdo. ¶ Item expressior ⁊ nobilior est imago a deo nobis impressa: q̄ imago per hominem facta: si ergo imagini christi per hominem facte i debetur cultus latrie: propter christi representationem: multo fortius debetur imagini a deo impresse. ergo matri sue: ⁊ cuilibet rationali creature debetur cultus latrie.

Tertio. ¶ Item vt habetur Gen. 18. de Abraham. Apparuerūt tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset: occurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui: ⁊ adorauit in terra: sed illa fuit adoratio latrie: quia s̄m glosam ibidem: in illis adorauit deum. ergo multo fortius matri christi debet exhiberi cultus latrie in illa filium adorando.

In opp^m Contra. non est eiusdem alium adorare ⁊ adoratione latrie: ⁊ adorari: sed beata virgo adorauit filium suum adoratione latrie. ergo beate virgini talis adoratio non debetur.

Ad qōnē s̄m mētē ꝓpriam. Respondeo ꝙ cultus latrie non est exhibendus matri christi. Ipsi enim cum sit persona quedam debetur aliqua adoratio per se: ⁊ cū sit pura creatura: sibi deberi non potest adoratio latrie. Unde illud verbi Damasceni libro quarto. ca. 8. dicentis ꝙ honor qui est ad beatam virginem ad deum qui est ex ipsa incarnatus redditur: intelligendum est de reductione non sicut ad obiectum: sed sicut ad finem i quia tamen inter creaturas est excellentissima: debetur sibi maximus honor: qui licite potest exhiberi creature. Unde sibi debetur maximus honor hyperdulie: idest honor dulie maioris.

Ad p^m Ad primum in oppositum dicendum: ꝙ matri christi: cum sit nobilis persona debetur magnus honor s̄m se. Unde magis offert se per modum rei venerabilis s̄m se: q̄ per modum signi: sed crux magis offert se per modum signi ducētis in crucifixum: ⁊ ideo crux ⁊ crucifixus vna adoratiōe adorantur.

Ad 2m ¶ Ad secūdum dicendum: ꝙ imago dei in homine: cum sit valde nobilis creatura magis offert se per modū rei: q̄ per modum signi: ⁊ ideo honor qui defertur ei: nō sic refertur ad ipsum deum: sicut honor qui defertur rei: cui veneratio non debetur: nisi inquantum offert se per modum signi. Et ideo non vult deus: ꝙ exhibeatur sue imagini in creatura rationali: cultus latrie: sicut sue imagini artificiali.

Ad 3m. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ corpora illorum angelorum: nō erant nālia: s3 artificialia: tres psonas in trinitate repñtātia: q̄d intelligēs abrahā trinitatē adorauit in illis: sicut i artificiali signorum s̄m hūc modū dicēdi

non adorauit angelos qui illa corpora assumpserūt. Uel potest dici ꝙ illi angeli ex diuina institutione ⁊ speciali precepto trinitatem representabant: ⁊ iō adorari potuerunt: non sicut quedaʒ creature intellectuales absolute: sed sicut trinitatem repñtantes: sicut angelus mediante quo deus moisi loquebatur in psona dei loquebat. Uñ dicebat: Ego sum deus abrahaʒ: deus isaac: deus Jacob: vt hr̄ exo.3. vñ in ipso deū moyses adorabat. Q̄ō. V.

Q̄ō.v. QUinto querit vtruʒ scdm aliquos corporales ritus cult⁹ latrie debeat

Ar.p̄⁰ exhiberi. Et videt ꝙ non: Joā.4. spiritus est deus: ⁊ eos q̄ adorāt in spiritu ⁊ veritate opʒ:

Secūdo. non ergo requirunt corporales ritus. ❡ Item adoratio includere videtur orationem vel saltē ab oratione nomē eius tractum est. Sed oratio non requirit aliquos corporales ritus. Sed tota in actu interiori cōsistit. Uñ apost. prima ad Cor.14. orabo spiritu: orabo ⁊ mente: ergo nec

Tertio. adoratio requirit aliquos corporales ritus. ❡ Itē Auic. 6. naturalium lib.5.c.7. loquens de virtutibus anime dicit. Uerissime scimus ꝙ harum virtutuʒ altera impedit alteram. Cum ergo circa corporales ritus occupetur virtus sensitiua: videtur ꝙ per illos ritus impediat in sua operatione virtus intellectiua. ergo videtur ꝙ in adorā-

Quarto. do deum: nociuum est exhibere corporales ritus. ❡ Itē adoratio latrie non requirit determinatum locuʒ. Unde Joan.4. venit hora: quādo neqʒ in monte hoc: neqʒ hierosolymis adorabitis patrem. In veteri etiaʒ testamento adorabatur ad aquilonem. Ostiū enim tabernaculi erat ad orientem: vt trahi pōt ex his que habentur Exo.26. Modo autem adoramus ad orientem. ergo a simili videtur ꝙ non requirat aliquos corporales ritus.

In opp̄m Contra. sancta ecclesia obseruat ꝙ deus per corporales ritus adoretur: ⁊ in locis ad oratiōeʒ

Secūdo. deputatis. ❡ Item Isa.56. domus mea domus oratiōis vocabitur. Si ergo sunt loca deputata ad orationem: videtur etiam ꝙ debeant deputari ad adorationem. ergo a simili: ⁊ aliqui corporales ritus.

Ad q̄ōnē Respondeo ꝙ cultus latrie exhiberi debet scd̄m aliquos corporales rit⁹: ⁊ hoc pro-

scd̄m mētē pter proximorum edificationem qui nos iudicare fidem

ppriam. habere non possunt nisi per nostros actus exteriores: qui interiora non vident: ⁊ ppter deuotionis interioris excitationem: quia enim anima nostra est corporis forma: ideo gestus corporis exteriores excitāt motus anime interiores. ⁊ etiaʒ quia a deo tenemus animam: ⁊ corpus de vtroqʒ sibi debemus obsequium ad pleni dominij in deo super totum hominem recognitionem. Unde deum adorare per aliquos actus exteriores debemus: non tm̄ de congruitate: sed etiaʒ de necessitate loco ⁊ tempore. Sʒ sicut corpus est ppter animaʒ: ⁊ viuificatur ab ea: ita cultus: qui consistit in actus corporalibus ordinatur ad illuʒ: qui cōsistit interiori actu anime: ⁊ a deo acceptatur ppter cultum anime interiorem. determinatio autem loci non est per comparationem ad actus interiores: nec per comparationem ad omnes actus exteriores: quia sunt aliqui ad quos non est necessarius: cuiusmodi sunt manuum iunctio: genuflexio: corporuʒ prostratio: quiuis ad hoc vn⁹ locus magis sit congruus: qʒ alius ppter loci consecrationem ex qua spiritualem deuotionem concipiunt orātes: vt magis exaudiantur: sicut patet per orationeʒ Salomōis.3. Re.c.8. ⁊ etiā ppter sanctitatis signa que sunt in locis illis: ⁊ quia plures in illo locis orant: ⁊ oratio per consortium plurium orantium ceteris paribus magis est exaudibilis: cui concordat illud verbum saluatoris Matth.18. Ubi sunt duo: vel tres i nomine meo ibi sum ego in medio eorum. Respectu tamē oblationis sacramenti altaris necessarius est determinatus locus propter statutum ecclesie: sic intelligendo ꝙ sacerdos aliter faciēs mortaliter peccaret: quamuis in quocūqʒ loco diceret verba debita super materiam debitaʒ: cū intētione faciendi qd̄ facit ecclesia in rei veritate consecraret.

Ad p̄m Ad primum in oppositū dicendū: ꝙ ille qui per aliquos corporales act⁹ adorat procedentes ex spirituali deuotione: ⁊ ad interioreʒ

Ad qōnē secundum mentē ppriā. **Respondeo** ꝙ corpus ⁊ aīa xp̄i dū fuerūt a se inuicē separata remāserūt ita pfecte vnita diuine psone: sicut erāt ante quod de aīa certū ē. Cū enim in sui separatione nō fuerit facta imperfectior: quātū ad sui essentiā: seqr ꝙ nō ē facta imperfectior quātū ad actualem existentiā eius: cū nō dependeret: seu constitueret ex sui vnione cū corpore: cū suū actualr existere sit actu ī diuino supposito. ℭ Preterea cū eadē nā nō ipfectior existēs ꝗ añ debilitet ī sui operatiōe: si aīa xp̄i post separationē ipfectius extitisset actualr ꝗ añ ipfectius deum vidisset ꝗ anteaꝗ falsum ē: cū ergo nō potuisset eque pfecte actualr existere separata vt coniuncta: si separata fuisset minus pfecte vnita diuino supposito: ꝗ añ cū suū actualr existere sit eā existere ī diuino supposito: seqr ꝙ eque pfecte illi supposito fuit vnita separata: sicut coniuncta: sed de carne aliquis non ita clarū ē: quia nobilior est caro aīata: ꝗ exanimis: et quāto nā ē nobilior: tāto ceteris paribus nobiliori mō actu existit. Ex hoc tñ non sequit: ꝙ caro christi facta exanimis minus pfecte māserit vnita diuine psone ꝗ erat añ: quia sicut de rōne actualis existētie illius nāe q̄ ī supposito creato existit: nō tm̄ ē relatio eius ad suā cām efficiētē: sed etiā ipsa essentia illius nāe: sic aliqualr de rōne actualis existentie humane nāe xp̄i nō tm̄ ē vnio eius ad diuinū suppositū: sz ēt essentia ipsius nāe: ita ꝙ actualis existētia nāe illius cō prehēdit: ⁊ eius essentiā: ⁊ eius ad diuinū suppositū vnionē: ⁊ ideo quāuis māserit eque pfecte diuino supposito vnita facta exanimis: sicut erat antea: non tamen ita perfecte fuit actu

fuit actu existens: sicut erat ante: eo q̄ illa caro: dum fuit exanimis: non habebat ita perfectã essentiã sicut ante.

Ad pm.

Ad primum in oppositum dicendum: q̄ carnē minus perfecte fuisse in diuino supposito: dũ fuit anima separata ab ea dupliciter potest itelligi: vno modo per hoc q̄ minus perfecte fuerit vnita: & sic falsũ est. Alio modo per hoc q̄ ipsa in se: nō erat ita perfecta sicut ante: & sic verũ est: vt autē iam ostēsum est manēte equali vnione potest dici minus perfecte fuisse in verbo: per hoc q̄ essentia que est de rōne actualis existentie rei cuius est essentia minus perfecta fuit in carne: dum ab ea erat anima separata. Si aũt dicas: q̄ relationes rerum perfectiorũ inter se sunt perfectiores q̄ relatio rei imperfectioris ad perfectã: & vnio est relatio: & ita videtur q̄ vnio carnis exanimis ad diuinum suppositũ nō potuit manere: ita perfecta sicut erat ante. Dicũt quidã q̄ maior falsa est: eque enim perfecta est duplicitas binarij ad vnitatē seu. 14. ad. 7. sicut senarij ad ternarium quãuis senarius & ternarius sint numeri perfectiores q̄ septenarius vel quaternarius. ❡ Alij concedētes maiorem dicunt: q̄ illa vnio eque semper mansit perfecta sicut ante proportionaliter loquendo: quia sicut natura humana integra fuit verbo perfecta vnita: sic & caro exanimis s̄m modum suum: quia eius vnio cum diuina persona habuit omnem perfectionē cuius erat capax.

Ad 2m. ❡ Ad secundũ dōm: q̄ vt ex superius dictis patet quãuis caro christi exanimis non haberet ita perfectam existentiam sicut ante: ex hoc tamen non sequitur q̄ sua vnio ad verbum: non esset ita perfecte sicut ante.

Qõ. 4. Argu.

Questio. IIII.

Quarto Queritur vtrum diuinitas fuerit vnita anime & carni duplici vnione. Et videtur q̄ sic: vnio relatio est: sed relatio non tantum numeratur s̄m subiectuz sed etiam s̄m terminum: cũ nō minus videatur depēdere a termino q̄ a subiecto cũ philosophus in libro predicamētorum dicat esse regula s̄m habitudinem ad aliud.

Cap. ad aliquid.

Cũ ergo aĩa & corpus sint duo: videtur q̄ diuinitas vnita fuit illis duobus duplici vnione.

Secũdo

❡ Itē anima & corpus vnita sunt adinuicem duplici vnione: quia vnio q̄ anima vnitur corpori non est eadem in numero cum illa qua corpus vnitur anime: quia prima anima est subiectum & corpus terminus: secunda corpus est subiectum terminus anima: ergo cum corpus & anima inter se magis sint vnita q̄ cum diuinitate cum vnum per essentiam inter se constituam: & ex eis & diuinitate nō cõstituat aliqua natura vna multo fortius vniuntur diuinitati duplici vnione.

In oppositum p.

Contra sicut natura humana cõstituitur ex corpore & anima: sic corpus cõstituit ex mēbris diuersis: si ergo diuinitas esset vnita corpori & anime duplici vnione: sed pari rōne esset multis vnionibus vnita corpori: quod falsum est.

Ad qõnē s̄m mentē ppriã. Vnio triplex.

Respondeo q̄ vnio tripliciter pōt accipi vno modo pro actione vnientis: alio modo pro passione vnibilis. Tertio modo pro relatione vnitorum. Primo modo verbum vniuit sibi corpus et animam vnica vnione: sicut assumpsit ea vnica actione. Secundo etiam mō corpus & anima vnita fuerunt vnica vnione: quia a primordio nō fuerunt vnita diuinitati diuisa inter se: sed inquãtũ ex eis erat cõstituta vna natura. Tertio modo: cum relatio numeretur penes extrema & corpus & anima dum sunt coniuncta simul in constitutione vnius nature non debeãt dici duo in actu: sed in potētia: quãdo autem separata sunt: sunt duo in actu ideo dico q̄ quãdo separata fuerunt inter se vnita remãserunt diuinitati duabus vnionibus in actu: quando vero coniũcta vnita sunt vnica vnione in actu & duab i po.

Ad pm.

Ad primum in oppositum dicendum: q̄ q̄ndiu ex anima & corpore fuit constituta actu vna natura: dico q̄ extremuz vnionis: quod est humana nã: non fuit duo in actu: sed tm̃ in potentia.

Ad 2m.

❡ Ad secundũ dōz q̄ qñ querimus vtrũ diuinitas vnita fuerit carni & aĩe: intēdimus de duplici vnione ex parte vnius extremi: q̄ vt cõcludit argumētũ inter duo vnita sunt relationes due. s. in quolibet extremo vna. s. relatio humane nature ad diuinã est relatio s̄m rem. Relatio aũt diuine ad humanã est s̄m rõnē vel s̄m dici: vt superius ostēsum est. Di. 5. ❡ Argumētũ ad partem aliam procedit de vnione diuinitatis carni & anime: dum ex illis constitutum est vnum per essentiam.

Consequēter Queritur de secundo p̄ncipali. Et circa hoc querũtur quatuor. ❡ Primo vtrum corpus christi post separationē aĩe debuit putrefieri. ❡ Scdo vtrũ fuisset putrefactũ si diu fuisset resurrectio ꝓtelata: & nō fuisset per nouũ miraculũ conseruatũ. ❡ Tertio vtrũ post separationem aĩe remanserit illud idem corpus in numero quod ante fuerat viuum. ❡ Quarto vtrũ post separationē anime christi a suo corpore possumus vere dicere filium dei fuisse mortuum.

Questio. I.

Qõ. 1. Argu. p

Primo ostendo: q̄ corpus christi post anime separationem debuit putrefieri: q: filius dei cũ humana natura assumpsit defectus humane nature totã naturã ꝯsequētes: sed putrefactio corpoꝝ post mortē cõsequitur naturã humanam: ergo videt q̄ defectum putrefactibilitatis corporis cũ humana natura assumpsit illud corpus debuit putrefieri.

Secũdo

❡ Itē humilitas meritũ est exaltationis q̄ vt dicitur Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur: ergo corpus quod maxime erat exaltandũ decebat prius maxime humiliari: sed si fuisset putrefactũ: fuisset maxime humiliatũ: ergo videtur q̄ debuit putrefieri.

Tertio

❡ Itē ad Heb. 2. Debuit per oia fratribus similari: ḡ corpus ei debuit putrefieri sicut corpora putrefiunt aliorum.

In opposituũ p

Contra in psalmis nō dabis sanctũ tuũ videre corruptionē: qđ beatus petrus Actuũ. 2. exponit de corpe xp̄i: ergo nō debuit illud corpus putrefieri.

Secũdo

❡ Itē corpus in quo nũq̄ fuit corruptio fomitis nō debuit putrefieri. Sed corruptio fomitis nunq̄ fuit in carne christi: ergo non debuit putrefieri.

Ad qõnē s̄m mētē propriã.

Respondeo q̄ corpus christi nō debuit putrefieri. Sicut eni dicit Aug. 13. de trini. c. 16. Defect humane nãe venerũt de meritis originalis peccati: ergo cũ xp̄s nũq̄ habuit pctm originale: nec aliud defect nãe hũane nō habuit nisi illos quos voluntarie assũpsit: cũ ergo defectus nãe humane assũpserit pp humani gñis redēptionē non debuit assumere nisi illos defectus: q ꝓdesse poterãt nostre redēptioni & nō derogabant sue dignitati. Putrefactio autez corporis sui post mortē nostre redemptioni nō profuisset: q: iam per mortē cõpleta erat redēptio nr̃a sue dignitati: etiam talis putrefactio nō ꝯuenisset: & iō corp illō nō dbuit putrefieri.

Ad p̄mũ

Ad primum in oppositũ dicendum q̄ filius dei assumpsit defectus totam humanã nãm ꝯsequētes: q nostre redēptioni ꝓficere poterãt. Putrefactio aũt corporis eius post mortē nr̃e redēptiōi nō ꝓfuisset.

Ad 2m

❡ Ad secũdum cũ di: q̄ corpus quod maxime erat exaltãdũ: maxime erat humiliãdũ &c. Dico q̄ verũ est humiliatione meritoria: si aũt fuisset putrefactũ post mortem: illa humiliatio non fuisset meritoria: q: per illã humiliationē nō meruisset diuinitas: q̄a nihil potest mereri: nec aĩa christi: q: postq̄ fuit separata fuit extra statũ merēdi: nec corpus: q: corp exanime nō meruit. Ex ꝑdictis p; solutio ad tertiũ. Qõ. II. sup 3m.

Q̃.2. Argũ.1. **SEcundo** Querit̃ vtrũ fuisset putrefactũ si diu fuisset resurrectio ꝓtelata ꝛ nõ fuisset p nouũ miraculũ cõseruatũ. Et vĩ ꝙ sic:qꝛ oẽ cõpositũ ex ꝯtrãrijs:si sibi relinquat̃ resoluit̃ in ꝯtraria:sed corpus xp̃i cõpositũ erat ex cõtrarijs elemẽtis:ergo si resurrectio multũ protelata fuisset:fuisset in illa resolutũ nisi fuisset p nouum miraculuz cõseruatũ.

Secũdo ¶ Itẽ in corpore christi duz viuebat erat mutua actio ꝛ passio cõtrariorũ:ergo multo fortius erat in eo talis actio ꝛ passio post mortẽ quãdo anima partes illius corporis nõ cõtinebat:sed mutua actio ꝛ passio contrariorũ ad vltimũ causat dissolutionẽ cõpositi ex cõtrarijs:ergo corpus christi ad vltimũ fuisset dissolutum:si sm morẽ aliorũ fuisset eius resurrectio protelata.

Tertio ¶ Itẽ Augu.decimonono de ci.capitulo duodecimo dicit de corpore humano ꝙ si naturali cursui relinquat̃:tam diu quasi tumultuat̃:donec mũdi cõueniat elemẽtis:ꝛ in eorũ pacez paulatim particulatimqꝫ discedat:ergo a simili fuisset de corpore christi:cum tamẽ alijs corporibus conueniat in natura.

In opp^m primo **Contra** Damas.lib.3.c.27.dicit:ꝙ loquẽdo de corporis corruptione que est dissolutio in ea ex quibus est cõpsitũ corpus domini:fuisset incorruptibile.ergo tali corruptione nõ potuisset corrũpi.

Secũdo ¶ Itẽ magis potest corpus a dissolutione preseruari per sui cõiunctionẽ cũ diuinitate q̃ per sui cõiunctionez cũ aĩa. Sed video ꝙ corpus q̃ diu cõiũctuz est anime preseruari potest a dissolutiõe:ergo multo fortius hoc cõueniebat corpori christi p sui coniunctionem cum diuinitate.

Ad q̃õnẽ sm mẽtẽ aliorũ p^ma. **Ad istam questionẽ** dicunt aliqui ꝙ quantumcuqꝫ diu fuisset christi resurrectio ꝓtelata corpus christi cõseruatũ fuisset a putrefactione per hoc ꝙ erat substantificatũ in persona filij dei:vt in supposito absqꝫ alio nouo miraculo. Cũ enim corrumpi presupponat esse videtur ꝙ natura nõ possit attingere ad corrũpendũ illud ad cui^9 actualẽ existentiã nõ attingit:natura aũt creata nõ potuit corpori christi dare actualẽ existẽtiã in verbo dei:vnde nec ad corrũpẽdũ ipsum attingere potuisset:ꝛ isti habent dicere ꝙ passiones quas christus in sua vita sustinuit p miraculũ sustinebat inquãtum dispẽsatiue prohibebat̃ redũdare in naturã humanã illud quo prohibita fuisset a passione eo ipso ꝙ substãtificata erat in diuina persona. Et q hãc opinionẽ tenẽt:respondent ad argumẽta in oppositũ vnica respõsione dicẽdo ꝙ ꝓcedũt de corporibus que nõ habẽt actualẽ existẽtiã nisi naturalẽ.

Secũda. ¶ Alij aũt dicũt cõtrarium dicẽtes:ꝙ cũ anima non sepetur a corpore nisi p corruptionẽ factam i harmonia ipsius corporis:quia talis corruptio i corpore christi fuit facta prius ordine nature q̃ anima separet̃ ab eore qua ratiõe potuit talis corruptio in eo fieri potuisset fieri corruptio vlterius vsqꝫ ad dissolutionem nisi per nouũ miraculuz fuisset conseruatũ. Ad quod ipsi adducũt signũ quoddã:satis tñ debile ꝙ fuit sepultũ cũ myrrha ꝛ aloe preseruãtibus a putrefactione. Sed quicqd sit de opinione:signuz tamen non cogit:quia hoc ideo fecerunt:qꝛ sic mos erat iudeis sepelire:vt habet̃ Jo.19.

Sustẽtat 2^am op^m. Qui vult tenere hãc opinionẽ põt dicere ad argumenta.

Ad p^m **Ad primum** in oppositũ:dõz ꝙ pro tãto dicit Damas.ꝙ corpus xp̃i non potuit dissolui:qꝛ cõseruabat̃ supnaturaliter diuina voluntate.

Ad 2^m ¶ Ad secundũ dõm ꝙ maior vera est si diuinitas cõiuncta rem sibi cõiunctã velit a dissolutione preseruare:sed sibi ipsam sue nature dimittat cũ toto illo adiutorio quo est verbo vnita magis potuit preseruare a putrefactione per sui cõiunctionẽ cũ aĩa:qꝛ per ipsam habet cõplementũ sue eẽntie:nõ sic aũt p sui cõiunctionez cum diuinitate in persona verbi. Uel potest dici ꝙ corpus p animam ꝛ si ad tempus possit preseruari a corruptione:tamẽ non semp:quia tũc homo esset per naturam immortalis. Et

Mẽõ ꝓpria. ergo dico ꝙ corpus christi p hoc ꝙ erat substẽtatũ i diuino supposito potuisset conseruari longe diutius a dissolutione q̃ alia corpora:quãuis nõ semper nisi nouũ miraculũ interuenisset.

Q̃.3. Questio. III.

TErtio Querit̃ vtrum post separationez anime remãserit illud idẽ corpus in numero quod ante fuerat viuum:sed ista veritas huius questionis plane ꝛ plene habet̃ vt mihi videtur ex determinatione illius q̃õnis. Utruz in adã fuerit aliqua alia forma substãtialis cum anima intellectiua que posita est in libro secundo. Dist.17. Ideo mihi hic videtur pertrãseũdũ:vt inutilis prolixitas euitetur.

Q̃.4. Questio. IIII.

Argũ.1. **QUarto** Queritur vtrum propter separationez anime christi a suo corpore possimus vere dicere filium dei fuisse mortuũ. Et videtur ꝙ nõ. Omne quod moritur incipit:sed omne quod incipit est creatura:ergo a primo si verũ esset dicere filiũ dei fuisse mortuuz sequeret̃ ꝙ filius dei est creatura:quod falsum est:vt superius habitũ est. Di.xj.

Secũdo ¶ Itẽ immortale ꝛ mortuũ sunt opposita:sed opposita non possunt predicari de eodem:sed hec est vera:filius dei semper fuit imortalis:ergo falsum est dicere ꝙ fuit mortuus.

Tertio ¶ Item quod cõuenit alicui sm partem non potest de ipso dici simpliciter. Sed christus nominat personaz in duabus naturis:ergo cum mori nõ ꝯuenerit ei nisi sm humanam naturã non potest simpliciter dici ꝙ christus fuit mortuus.

In opp^m primo **Contra** in symbolo dicitur de filio dei:crucifixus mortuus ꝛ sepultus.

Secũdo ¶ Item mors est dissolutio anime a corpore:sed anima filij dei fuit ab ei^9 corpore separata:ergo verũ est dicere ꝙ fili^9 dei fuit mortu^9.

Ad q̃õnẽ sm mẽtẽ propriaz. **Respondeo** ꝙ propter separationẽ anime christi a corpore suo possumus vere dicere filiũ dei fuisse mortuum:quia res significata per hoc nomẽ mortuũ pura est temporalis:ita ꝙ directe ꝛ immediate exprimit intellectum illum de quo dicitur habuisse temporalem vitam:ꝛ ideo non exprimit aliquid repugnans intellectui:maxime cooperante ad hoc vsu loquendi quo hoc intelligimus dici de filio dei sm humanam naturam. Et ideo concedimus istã tanq̃ verã:filius dei fuit mortuus pro nobis.

Ad p^m **Ad primum** in oppositũ eum dicitur ꝙ omne quod moritur incipit ꝛc. Dico ꝙ verum est sm illam naturã sm quam moritur:ergo bene cõcedo ꝙ filius dei incepit inquantum homo. Sed ex hoc nõ sequitur:ergo incepit:quia cũ incipere esse:nõ tñ tũ cõueniat rebus creatis sm suas naturas:sed etiã secundũ supposita si nature alicui^9 rei cõueniat ꝛ nõ disposito nõ põt de supposito sine determinatiõe dici:ꝛ ideo quãuis incepisse possit dici de humana nã filij dei:nõ tamẽ põt dici de filio dei simpl'r sine determinatione:quia incepisse ipsi persone nõ ꝯuenit.

Ad 2^m ¶ Ad scd̃m dõm ꝙ quãuis imortale ꝛ mortuum sint opposita:si referãtur ad idẽ rõne eiusdẽ:tamẽ dici possunt de eodẽ supposito ratione diuersaꝝ naturarũ. Unde sicut filius dei fuit mortu^9 ratione humane nãe:ita semp fuit immortalis rõne diuine nãe:nec tñ cõcedi dꝫ filiũ dei nõ fuisse mortuuz:qꝛ sic negat̃ fuisse mortuus sm vtrãqꝫ nãm:qd̃ est falsum:hec autẽ filius dei semp fuit imortalis affirmatiua quedaz est

Fil^9 dei mortuus fili^9 dei immortalis ãbe vere. ad veritatẽ affirmatiue sufficit ꝙ sm aliquam naturam cõueniat persone illud quod dicitur de ea.

Ad 3^m ¶ Ad tertiuz dõm:ꝙ mori nõ cõuenit alicui supposito hois nisi rõne nãe:vñ ꝙ suppositũ puri hois morit̃ hoc est:qꝛ cõstitutũ est p illã nãm q̃ morit̃:ꝛ iõ cuicũqꝫ nãe cõueniat mori simpl'r de supposito dĩ q̃uis illi supposito nõ ꝯueniat sm se

ꝫm ſe:⁊ ideo quãuis filius dei ꝫm ſe ſit immortalis: quia tamẽ ꝫm vnã ſuaꝫ naturã ſcilicet humanã fuit mortuus ſimpliciter debet cõcedi filiũ dei mortuũ fuiſſe:qꝛ quando aliud nõ eſt natũ conuenire toti niſi rõne partis ſimpliciter dicit̃ de toto ſi conueniat parti:vnde qui eſt criſpus in capite ſimplr̃ eſt criſpus nec per hoc volo dicere ꝙ humana natura ſit pars filij dei:ſed per quandaꝫ ſimilitudinem exemplificatiuã locutus ſum.

humana nã nõ eſt pars filij dei.

Conſequenter

Querit̃ de tertio principali: ⁊ circa hoc querũtur quatuor. ¶ Primo vtrũ cõueniẽs fuit filium dei reſurgere ante cõem alioꝝ reſurrectionẽ. ¶ Secũdo vtrũ reſurrexerit tertio die. ¶ Tertio vtrũ cõueniens fuerit xp̃m p argumenta ꝓbare ſuã reſurrectionẽ. ¶ Quarto vtrum fuerũt argumẽta efficacia ad faciendum certam de ſua reſurrectione probationem.

Q̃ó.1. Queſtio. I.

Argũ.1.

Primo oſtendo: ꝙ nõ fuit conueniens xp̃m reſurgere ante cõmunem alioꝝ rõnem. Chriſtus eni inquãtũ homo nõ fuit natus ante oẽs alios:ergo a ſili nec alioꝝ reſurrectionẽ debuit preuenire. ¶ Itẽ caput non formatur ante alia mẽbra:imo cor ꝫm Auicẽnã ⁊ Ariſto. ergo ſimili xp̃s cũ ſit caput alioꝝ hominũ nõ debuit ante alios reſurgere. ¶ Itẽ per paſſionẽ fuit completa noſtra redẽptio:ergo acceleratio ſue reſurrectionis nihil fuit cooperata ad noſtrã redẽptionẽ:cum ergo qcqd poſt l carne geſſerit pro nobis fecerit:videtur ꝙ nõ debuit accelerare ſuam reſurrectionem.

Secũdo

Tertio

In oppoſitũ p°

Contra ad Ro.viij.dicit̃ de chriſto:ꝙ ipſe eſt ꝓmogenitus in multis fratribus:ꝙ nõ poteſt intelligi de natiuitate nature nec de natiuitate gratie:ergo hoc intelligẽdũ eſt de glorioſa reſurrectione:ergo ꝯueniens fuit ipſum ante alios reſurgere. ¶ Itẽ ꝫm glo.ſuper illud Actuũ.2. Quẽ deus ſuſcitauit aſſertio huius reſurrectionis teſtimoniũ eſt deitatis:ſed decuit vt teſtimonium de ſua deitate cõem ꝑueniret reſurrectionẽ: ergo ſua reſurrectio debuit ꝑuenire reſurrectionẽ aliorum.

Secũdo

Ad q̃õnẽ ꝫm mẽtẽ propriaꝫ.

Reſpondeo ꝙ conueniẽs fuit chriſtũ reſurgere ante cõem alioꝝ reſurrectionem: qꝛ cũ corpus illud eẽt vnitũ diuinitati in vnitate pſone prius debuit ob eã recipere influẽtiã reſurgẽdi q̃ꝫ corpora hominũ alioꝝ. ¶ Preterea reſurrectio chriſti exemplar fuit reſurrectiõis nr̃e:vnde debuit ꝑcedere alioꝝ reſurrectionẽ:vt p eaꝫ firmius crederet̃ futura reſurrectio alioꝝ:vñ ap̃ls p̃ Cor.15. Per xp̃i reſurrectionẽ ꝓbat futurã reſurrectionẽ alioꝝ. Preterea ad h̃ debuit accelerari:vt facilr̃ aſſentiret̃ ꝑdicãtib' ip̃m eſſe hoiem ⁊ deum.

Ad p̃m.

Ad primum in oppoſitũ dõm ꝙ nõ eſt ſile de xp̃i natiuitate ⁊ reſurrectione: qꝛ ſuũ reſurgere añ reſurrectionẽ alioꝝ nobis ꝓfuit:ſuũ aũt naſci illo tp̃e quo natus eſt nobis magis profuit q̃ꝫ ſi ſtatim de ꝑma muliere natus fuiſſet:qꝛ a ꝓn° morbi debent adhiberi remedia leuiora in ꝓfectu ꝑfectiora:⁊ ideo quia xp̃s fuit remediũ ꝑfectiſſimũ ꝯ lapſum gñis humani q tp̃e illo quo xp̃s natus eſt:maxime inualuerat:iõ cõueniẽtius fuit:⁊ nobis vtilius xp̃ꝫ naſci illo tp̃e quo natus fuit q̃ꝫ añ. ¶ Ad ſecundũ dõm:ꝙ p caput ñale cetera mẽbra nõ formãtur:ſed p caput eccl̃ie:qd̃ eſt xp̃s alia mẽbra reformant̃:⁊ iõ ſua reformatio corpalis ꝑcedere debuit alioꝝ reformationẽ q̃ i reſurrectione erit. ¶ Ad tertium cũ dr̃:ꝙ p paſſionẽ fuit cõpleta redẽptio nr̃a ⁊c̃. dico ꝙ verũ eſt quãtũ ad cãm meritoriã:nõ tñ q̃ꝫtũ ad cauſam exẽplarẽ:eiuſmodi cauſa fuit reſurrectio xp̃i.

Ad 2m

Ad 3m

Q̃ó.2. Argu.p° Q̃ó. II.

Secundo Querit̃ vtrũ xp̃s reſurrexerit tertia die:⁊ videt̃ ꝙ non Actuũ.2. Impoſſibile erat teneri illũ a morte ergo ſtatim reſurrexit poſt mortem. ¶ Item gloſa ſuper iudi.16. Dormiuit ſanſon vſqꝫ ad mortis medium dicit ſic. Sanſon nocte media non ſolum exijt:ſed etiã portas tulit:quia redẽptor noſter añ lucem ſurgens nõ ſolũ de inferno liber exijt:ſed inferni clauſtra deſtruxit:ergo eius reſurrectio nõ fuit dilata vſqꝫ ad diem tertiũ. ¶ Item Augu. duodecimo ſuper geneſis verſus finẽ dicit:ꝙ quia anime ſeparate ineſt naturalis appetitus corpus adminiſtrãdi retardatur quodãmodo ne tota intẽtione ꝑgat ad illud ſummum celum q̃ꝫdiu non ſubeſt corpus:cuius adminiſtratione appetitus ille quieſcat:ſꝫ aĩa chriſti nunq̃ꝫ ſic fuit retardata:ergo videt̃ ꝙ ſtatim poſt ſeparationis inſtãs corpus ſuũ reſumpſit.

Secũdo

Tertio

In oppoſitum p° Secũdo

Contra in ſymbolo dicitur. Tertia die reſurrexit a mortuis. ¶ Itẽ Matth. decimo ſeptimo. Sicut fuit Ionas in vẽtre ceti tribus dieb' ⁊ tribus noctibus ſic erit filius hois in corde terre ideſt in ſepulchro ꝫm gloſã:ergo reſurrexit tertia die.

Ad q̃õnẽ ꝫm mentẽ ꝓpriã.

Reſpondeo ꝙ chriſtus tertia die reſurrexit ſed accipitur pars pro toto per ſynecdochen. Unde Augu. quarto libro de trinitate capitulo ſexto. Ipſum triduum nõ totum ⁊ plenũ fuiſſe ſcriptura teſtis eſt:ſed ꝑmus dies a parte extrema annumeratus eſt. Tertius aũt dies a parte prima: medius autem inter eos:ideſt ſecundus dies cum viginti quatuor horis ſiue duodecim nocturnis ⁊ duodecim diurnis: ⁊ poſtea dicit ꝙ die ſexta hora nona tradidit ſpiritum:⁊ poſtea ꝙ totus ille dies a parte extrema tot' computabitur: ſicut tertius a parte prima. Nox enim vſqꝫ ad diluculum quo domini reſurrectio declarata eſt ad tertium diem ꝑtinet:⁊ paucis interpoſitis ſubiungit:quia ab hora mortis vſqꝫ ad diluculũ reſurrectionis hore ſunt. 40. vt etiam ipſa nona cõnumeretur:congruitas autem quare tũc reſurrexit:nõ ante:nec poſt ſicut poteſt ſumi. Illa eniꝫ reſurrectio fuit exemplar noſtre reſurrectionis future:que erit poſt primum diẽ ſcilicet poſt diẽ innocentie qui non fuit integer:quia eadẽ hora illius diei creditur adam peccaſſe:qua hora diei chriſtus mortuus eſt ⁊ poſt ſecunduꝫ diem qui eſt integer ſcilicet dies gratie:⁊ in principio tertie diei ſcilicet future glorie:⁊ poſt duas noctes integras ſcilicet poſt noctem culpe:que eſt prima ⁊ noctem tẽporalis miſerie que eſt ſecunda quibus nõ ſequitur nox tertia in reſurgentibus reſurrectione glorioſa: ⁊ quia cum die innocẽtie non fuit aliqua nox:nec culpe:nec miſerie ſed ſimul cum die gratie eſt nox temporalis miſerie:ideo nox ſexte ferie ſancte dicitur tenebroſa:⁊ de nocte ſabbati ſancti dicitur ꝙ nox ſicut dies illuminabatur.

Cur 3° die xp̃s ſurrexit

Ad p̃m

Ad primum in oppoſitum dicendum: ꝙ pro tantum dicitur ꝙ ĩpoſſibile erat illum teneri a morte:quia poterat reſurgere: quãdo volebat. Unde in illo triduo magis detinuit ſe in morte q̃ꝫ a morte detineretur. Noluit autem ſtatim poſt mortem reſurgere ne phantaſtice non vere fuiſſe mortuus crederetur. ¶ Ad ſecũdum dicẽdum:ꝙ pro tanto chriſtus dicitur reſurrexiſſe ante lucem:quia ſurrexit ante diem claram ſcilicet diluculo:quãdo lux adhuc eſt tenebris permixta. Et ideo ab aliquibus dicitur reſurrexiſſe de die:⁊ ab aliquibus de nocte. ¶ Ad tertium dicẽdum: ꝙ illa retardatio que eſt in alijs animabus ſeparatis non fuit in anima chriſti:propter hoc ꝙ ſuam actualem exiſtentiaꝫ habebat in verbo dei:vnde ſemper habuit perfectiſſimũ actualis exiſtẽtie modũ:⁊ ideo ſemper habuit perfectiſſimam actionem.

Ad 2m

Ad 3m

Queſtio III. Q̃ó.3. Argu.p°

Tertio Queritur vtrum conueniens fuerit chriſtum per argumenta probare ſuam reſurrectionem: ⁊ videtur ꝙ non. Principia ſciẽtie nõ debent ꝓbari in illa ſciã: ſed chriſti reſurrectio eſt vnus de articulis fidei qui ſunt ꝑncipia ſcie theorice nõ fuit conueniens ipſum probari.

Secūdo in illa scientia. ¶ Item christus alios articulos fidei nō
probauit: ergo a simili: nec probare debuit articulum de
Tertio sua resurrectione. ¶ Itē Gre. in quadā homilia super il
Alia.l.cū lud Jo.20. Cum esset sero die illo. Fides nō habet meri
tū: cui humana ratio prebet experimentū: ergo cū christi
resurrectio sit articulus fidei quē credēdo meremur vi
detur ꝙ suā resurrectionem ꝓbare nō debuit nec meri
tū fidei quātum ad illum articulū euacuaretur.

In oppm primo **Contra** Actuū pmo dicitur de xp̄o ꝙ apostolus su is ꝓbuit seipsum viuum post passionē suaz
in multis argumētis per dies.xl. apparēs eis ⁊ loquens
Secūdo de regno dei. ¶ Itē eodē caplo dicit christus. Eritis mi
hi testes in hierusalem: ⁊ in omni iudea ⁊ samaria ⁊ vsq
ad vltimū terre: sed q testificat debet esse certus p visum
vel per auditū de re quā testificatur: ergo xp̄s debuit su
os aplos certificare de sua resurrectione p visū ⁊ auditū.

Ad qōnē fm mētē propriaz. **Respondeo** ꝙ cōueniēs fuit xp̄m per argumē ta ꝓbare suā resurrectionē ⁊ ꝓba
tione fm exigētiā materie que meritū nō tollit qualis est
ꝓbatio que intellectū cōsolatur: nec tn̄ ipsum plene cer
tificat sine aliqua interiori ⁊ supernaturali illustratione ⁊
talia fuerunt argumenta per que suā resurrectionem pro
bauit: vt patebit in sequenti questione.

Ad pm **Ad primum** in oppositū dōm: ꝙ in scia prima pōt ꝓbari etiā pncipiū primū in
Princi piū pm in scia p° p bari pōt. T.c.9. ⁊ 10.⁊ ifr a. ter creata pncipia: ꝓbatione per suasoria a posteriori: vn
de ⁊ phs.4. metaphy. Persuadet ⁊ per rōnez defendit.
Istud principiū de quolibet affirmatio vel negatio: sed
nō simul. Cū ergo hec scia sit prior ꝙ̄ metaphy. non fuit
incōueniēs: sed conueniēs ꝓbari aliqđ principiuz huius
sciētie ꝓbatione pdicta. ¶ Ad secundū dōm ꝙ quēlibet
Ad 2m Christus quēlz ar ticulū di uersimo de tn̄ pro bauit. articulū ꝓbauit fm exigētiā materie: vt articulos spectā
tes ad diuinitatem fm se per miracula vel auctoritates.
¶ Articulos spectātes ad diuinitatē: vt vnitā humani
tati ꝓbauit ad sensum: sed q2 articuli cōmuni sunt nati
uitas: passio: assensio: sensibiliter visi sunt. Ideo nō dicun
tur esse per argumēta ꝓbati: sed q2 nullus hoīum ipsum
resurgere viderat: ideo signa sue resurrectionis sensibilia
ostēdere voluit: vt per ea possent discipuli venire in co
gnitionē veritatis de eius resurrectiōe: ⁊ propter hoc di
Ad 3m cit eū ꝓbasse per argumēta. ¶ Ad tertiū differat respon
sio quousq querat vtrū de eodē possint esse fides ⁊ scien
Qō.4. Argt.1. tia. Questio. IIII.

Quarto querit. Utrū fuerunt argā effica cia ad faciēdū certam de resurre
ctione xp̄i ꝓbationē Et videt ꝙ non. Ange
li eni in corpibus assumptis apparere possunt
in siītudine diuersoꝝ hoīum: ergo cū christus se ostēdit
visibilē discipulis suis post resurrectionē nō potuerūt p
Secūdo hoc certificari discipuli: vtrū esset christus vel angelus
apparēs in similitudine eius. ¶ Itez auicē.6. nālium li.
4.c.1. Possibile est describi in sensu cōmuni: vt audiat ⁊
videat colores ⁊ sonos q nō habent esse extra: ergo cum
christus se visibilem ostēdit: ⁊ locutus est discipulis suis
post suā resurrectionē: nō potuerūt certificari: vtrū eēnt
Tertio ita in re extra vel esset in sensu cōmuni descriptio fanta
stica. ¶ Itē vt habet Matth.14. Quando discipuli vi
derūt xp̄m supra mare ambulātē turbati sunt dicentes:
q2 phantasma est: ergo similiter potuerunt credere ꝙ es
Quarto set phātasma quādo viderūt euz post suā resurrectionē.
¶ Itē vt habet Gene.18. Angeli in assumptis corpori
bus comederunt: ⁊ Thobie.12. dicit. Raphael angelus
videbar vobiscum manducare ⁊ bibere: ergo per hoc: ꝙ
christus post suam resurrectionē manducauit cum disci
In opm. pmo pulis nō ꝓbauit certitudinalr se verū corpus viuū hēre.
Contra omnis nostra cognitio incipit a sensu: ergo certissime est ꝓbatio que est ad sensum: sed
christus probauit suam resurrectionez se ostendendo sen
sibiliter visibilem ⁊ palpabilē Luc. vltimo: ergo fuerunt
argumēta efficacia ad faciēdum certam probationez de
sua resurrectione. ¶ Itē leo papa in quodā sermone qs Secūdo
dubitet a mortuis rediisse saluatorem: cuius presentiam
agnouit oculus attractauit manus perscrutatus est di
gitus: ergo argumēta illa omnem amouerunt dubitatio
nē. ¶ Itē glo. super illud Jo. vigesimo. Non erat cū eis
quādo venit iesus dicit de Thoma ꝙ palpādum se ei do Tertio
minus ꝓbuit: quia eius dubitatione: ⁊ facta sibi proba
tione nulli relinquitur iam dubitare: ergo illa argumēta
fecerūt plenā probationē de resurrectione.

Respondeo ꝙ fuerūt argumēta efficacia ad fa ciendam de resurrectione christi Ad qōnē fcōm mē tē ꝓpriaz
certā ꝓbationē fm exigentiam materie: quia se prebēdo
palpabilē: probauit se verū corpus habere: quia nihil po
test palpari nisi corpus: vnde dicit discipulis suis Luc.
vltimo. Palpate ⁊ videte: quia spūs carnē ⁊ ossa nō ha
bet sicut me videtis habere. Demōstrādo cicatrices se p
bauit habere idē corpus in numero quod habuerat ante
Unde postq̄ Thomas cicatrices vidit ⁊ tetigit: statim
dixit: dominus meus ⁊ deus meus: vt habet Joan.25. Co
medēdo probauit suū corpus viuere. Corpora enim mor
tua nō capiunt cibum. Januis clausis intrādo probauit
illud corpus dotē subtilitatis habere: sic ergo patet: ꝙ p
ista argumēta simul sumpta sufficiēter ꝓbauit certa p
batione fm exigētiam materie se resurrexisse gl'iosa resur
rectione. ¶ Ad oia argumēta in oppositum potest dici Ad arga
ꝙ nō plus cōcludūt nisi ꝙ nō potuissent facere ꝓbatio
nē certā sine aliqua interiori ⁊ supernaturali illustratio
ne per quā facta fm veritatē discernūtur a factis fm ap
parētiā: sed cū tali illustratione plenā ⁊ certā fecerunt de
resurrectione christi gloriosa probationem.

Circa litteram [Maledictus q totum hominem
quē assumpsit dei filius denuo assumptuz vel
liberatū tertia die a mortuis resurrexisse non
cōfitetur] quod nō est sic intelligendum ꝙ denuo assum
psit animā ⁊ carnem: quia nunq̄ eam deposuit: sed quia
animā iterum carni vniuit: ex quorū vnione iterum cō
stituta est humana natura qua per eorū separationē cor
rupta fuerat in morte. [Nemo tollit eam a me] quia quā
uis mors christi fuit violēta per compatione ad huma
nam naturam: nō tamē per compatione ad personā que
naturā humanam potuit a morte defendere si voluisset.
[Caro ergo animā posuit] hoc superius expositū est. di.
16. questione quarta. [Sane ergo dici potest ꝙ mortuus
est deus ⁊ nō mortuus] hoc cōcedit magister: ꝙ nō est cō
tradictio: quia vtraq affirmatiua est: sed ista nō esset cō
cedenda: deus nō fuit mortuus que est alterius cōtradi
ctoria negās mortē a deo ratiōe vtriusq nature. Uel po
test dici ꝙ ista deus fuit nō mortuus cōcedi nō debet si
ne deter minatione expressa vel sub itellecta. s. r ationei
tiine nature: ⁊ sic intelligit magister.

¶ Si christus in morte fuit homo. Di. XXII. Dist. 22.

Hic queritur vtrum in illo tri duo mortis christus fuerit hō: Quod
nō videtur quibusdam: q2 mortuus
erat: ⁊ homo mortuus non est ho
mo. Addunt etiam ꝙ si tunc erat homo: vel
mortalis vel immortalis: sed mortalis non: Opinio quorūdā
quia mortuus: nec immotalis: quia tantum Ru° quā
post resurrectionem. Quibus respondemus: cō firmat
quia licet homo mortuus fuerit: erat tn̄ in mor ꝙ homo
te de° hō: nec mortalis quidē: nec immortalis ⁊ quālr.
⁊ tamen

z tamen vere erat homo. Ille enim z huiusmo di argutie in creaturis locū habēt: sed fidei sacramētū a philosophicis argumētis est liberū. Unde Ambro. Aufer argumēta vbi fides querit. Inipsis gymnasijs suis iā dialectica taceat piscatoribus creditur: nō dialecticis. Dicimus ergo in morte xpi eū vere fuisse hoīem: z tū mortuum: z hoīem quidē nec mortalem nec immortalē: q2 vnitus erat aīe z carni seiunctis. Alia enī rōne dicitur deus hō: vel hō deus: ꝙ martinus vel ioānes. Hō enī dicit deus z ecōuerso ꝑpter susceptionē hoīs. i. anime z carnis. Unde Aug. Talis erat susceptio illa que deū hominē faceret: z hoīem deū. Cū ergo illa susceptio per mortē non defecerit: sed deus hoī z hō deo sicut ante vnitus erat: vere z tūc deus erat hō z ecōuerso: q2 vnitus erat aīe z carni: z hō mortuus erat: quia anima a carne diuisa erat. Propter separationē aīe a carne mortuus: sed ꝑpter vtriusq3 semper secū vnionē: hō. Nō aūt sic erat hō vt ex aīa z carne simul iunctis subsisteret. Ex qua rōne dicit aliqs alius hō z ipse forte ante mortē: hoc etiā nō erat hō: z post resurrectionē fuit. In morte vero homo erat tñ propter anime z carnis secum vnionem z mortuus propter inter illa duo diuisionem.

Si christus i morte erat homo alicubi z si vbicunq3 est homo sit.

Hic queritur

si christus in morte alicubi erat homo: z si vbicunq3 est hō sit. Ad quod dicimus quia non vbicunq3 erat homo erat: nec modo vbicūq3 est hō est: q2 vbiq3 est ꝑm deitatem: nec vbiq3 est hō: q2 nō vbiq3 homini vnitus: sed vbicunq3 est ꝑm hoīem ibi hō est. Tempore autē mortis z vbiq3 erat ꝑm deum: z in sepulchro ꝑ3 hominē: z in inferno ꝑm animā: z in sepulchro ꝑm carnem. In sepulchro ergo erat homo: q2 humanitati vnitus erat: z si nō toti: q2 carni tātum z in inferno erat hō quia humanitati vnitus: sed nō toti quia anime tantum. Sed si in inferno anime tantum z in sepulchro carni tātū vnitus erat: ergo nec in inferno vnitus erat aīe z carni: nec i sepulchro. Quomodo ergo ibi vel hic homo esse dicit? Que est rō dicti? Quia vna eadēq3 vnione vnitus erat anime in inferno: z carni in sepulchro. Et sic erat illis duabus tūc separatis vnitus. Sicut ante separationes idest ante mortem. Ad hoc autem opponitur. Si christus animā tantū vel carnē tantum assumpsisset: non fuisset verus homo: sed propter vtriusq3 assumptionem verus homo fuit. Sic ergo vbi carnem z animā sibi vnitam non habebat: verus homo ibi non erat. Sed tempore mortis nusq3 illa duo vnita habebat: q2 nec in sepulchro nec in inferno: nec alibi. Nusq3 ergo erat homo. Ad quod dicimus: quia christus vtiq3 verus homo nō fuisset: si carnē z animā non assumpsisset. Sed tamen quia ex quo assūpsit: neutrum deposuit sed cum vtroq3 eandē vnionē indesinēter tenuit: quā assumendo contraxit. Ideo nō incōgrue vbicunq3 aīe vel carni vel vtriq3 vnitus est: ibi hō esse dicitur: quia ibi humanatus est: ergo z in sepulchro erat homo: z in inferno erat homo: quia vtrobiq3 humanatus est christus: z vnam eandemq3 cum anima z carne licet separatis habebat vnionē z vno eodemq3 tēpore in sepulchro iacuit christus z ad infernū descēdit: sed in sepulchro iacuit ꝑm solā carnem: z in infernum descendit ꝑm solā animā: Unde Augu. Quis nō est derelictus in inferno. Christus: sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro: christus: sed in carne sola: quia in his z in singulis christus est. Christum in his omnibus z in singulis confitemur. Ex his euidenter ostenditur ꝙ carni iacenti in sepulchro vnitus erat christus: sicut anime in inferno. Alioquin si carni mortue non esset vnitus: nō in ea diceretur iacuisse i sepulchro. Anima ergo ad infernum descendit. Caro in sepulchro iacuit: sapiētia cum vtroq3 permāsit: que in inferno positis vt ait Ambro. lumē vite fundebat eterne. Radiabat illic lux vera sapientie illuminabat infernum: sed in inferno non claudebatur. Quis enim locus est sapiētie de qua scriptū est. Nescit homo vias eius: nec inuenta est inter homines. De qua abyssus dicit non est in me. mare dicit. nō est mecum: ergo nec in tempore: nec in loco sapientia est: cui nec mors tribuēda est. In ligno enim caro: non illa operatrix omniū substantia diuina pendebat. Cōfitemur tamen christum pepēdisse in ligno z iacuisse in sepulchro sed in carne sola. Et fuisse in inferno: sed in anima sola.

Ꝙ christus vbiq3 totus est: sed non totum vbiq3 totus est homo vel deus sed nō totum.

Et vtiq3 totus

eodem tempore erat in inferno: totus in celo: totus vbiq3. Persona enī illa eterna nō maior erat vbi carnem z animā simul vnitam sibi habebat ꝙ vbi alterum tantum: nec maior erat vbi vtrūq3 simul vel alterum tantum vnitum habebat ꝙ vbi erat neutrum habēs vnitū. Totus ergo christus z perfectus vbiq3 erat. Unde Augu. Nō dimisit patrem christus cum venit in virginem: vbiq3 totus vbiq3 perfectus. Uno ergo eodēq3 tempore totus erat in inferno totus in celo. Erat apud īferos resurrectio mortuorum: erat sup celos vita viuētiū: vere mortuus: vere viuus in quo mortē susceptio mortalitatis excepit: z vitā diuinitas nō perdidit. Mortē ergo dei filius z in anima: nō

Margin notes (left): In li. 2 de trini. — Augu. in li. de tri. — Oppō. — Reddi. cause. — Oppō.

Margin notes (right): Rñ. — Augu. su per ioā. — In. 3. li. d spiritu sancto. — Job. 28. — Augu. 3 feli. i expōne fi dei.

pertulit: ꝛ in maiestate nō sentit: sed tñ partici-
patione infirmitatis rex glie crucifixus est. Ex
his apparet ꝙ xp̄s eodē tpe totus erat in sepul
chro: totus in iferno: totus vbiqꝫ sicut ꝛ modo
totus est vbicūqꝫ est: sed nō totū. Nec in sepul-
chro vel in iferno totū erat: ꝛ si totus: sicut xp̄s
totus est deus: totus hō: sed nō totum: qꝛ non
solū est deus vel hō: sed ꝛ deus ꝛ hō. Totū eni
ad naturā refert: totus aūt ad hypostasiꝫ sicut
aliud ꝛ aliqd ad naturā: alius vero ꝛ aliqs ad
psonā referunt. Unde Joā. dam. Tot⁹ xp̄s est
Jo. da. de⁹ pfectus nō aūt totū deus est. Nō eni soluꝫ
deus est sed ꝛ hō ꝛ totus hō perfectus. Nō au
tē totum homo: nō solū enim homo sed ꝛ deus
Totum eni nature est representatiuū. Totus
autem hypostaseos: sicut aliud quidem est na-
ture alius autē hypostaseos sic ꝛ huiusmodi.
¶ Si ea que dicuntur de deo vel de filio dei pos
sunt dici de homine illo: vel de filio hominis.

Solet etiam queri si ꝯgruenter di
ci possit filius hoīs vt
illē hō descēdisse de celo vel vbiqꝫ esse: sicut dē
filius dei vel deus de celo venisse ꝛ vbiqꝫ esse?
Ad qḋ dicim⁹ si ad vnitatē psone referat dicti
intelligētia: sane dici potest. Si vero ad distin
ctionem naturaꝝ: nullatenus ꝯcedendum est.
Aug. li. de tri. Vñ Aug. Una psona est xp̄s deus ꝛ hō. Ideo
dicitur. Nemo ascendit in celū nisi qui de celo
Jo. 3. descendit ꝛc̄. Si ergo attēdas distinctionē sub
stantiarū filius dei descēdit: ꝛ filius hoīs cruci
fixus est. Si vero vnitatē psone: ꝛ filius homi-
nis descēdit: ꝛ filius dei est crucifixus. propter
hāc vnitatē persone nō soluꝫ filiū hominis de
1. cor. 2. scendisse de celo: sed etiā dixit esse in celo cum
loqueretur in terra. propter hanc eandem dici
tur deus glorie crucifixus qui tamen ex forma
serui tantū crucifixus est. Non tamen scḋuꝫ
hoc ꝙ deus glorie est ꝫm ꝙ glorificat suos: ꝛ tñ
dicitur deus glorie crucifixus. Recte quidem
non ex virtute diuinitatis: sed ex ifirmitate car
nis. Quid ergo propter qḋ: ꝛ qḋ ꝫꝫ qḋ dicatur:
prudens ꝛ diligens ꝛ pius lector itelligat. Hec
de corrigia calciamēti dñici dicta sufficiāt. Ne
Amos. 2. ossa regis idumee consumant vsqꝫ in cinerem.

Hic queritur Utrū in illo triduo
mōtis xp̄s fuerit ho
mo ꝛc̄. Superius determinauit magister de
statu xp̄i in morte quārū ad horā mortis. Hic
determinat de statu xp̄i in morte quantum ad tēpus se-
quēs horā mortis: ꝛ diuidit in partes ꝗtuor: ꝫm dubita-
tiones quas mouet. ¶ Primo vtrū xp̄s in triduo fuerit
hō. ¶ Scḋo vtrū fuerit vbiqꝫ hō ibi. Hic ꝗrit si xp̄s. ¶ Tertio vtrum xp̄s vbiqꝫ sit totus ibi ꝛ vbiqꝫ totus.
¶ Quarto si ꝫm ꝙ homo potest dici descendisse de celo
ibi. Solet etiam queri.

Circa hanc distinctionē querūtur
principaliter quinqꝫ.
¶ Primo de existētia hoīs xp̄i in mortis tri-
duo. ¶ Secundo de eius descēsu ad inferos.
¶ Tertio de effectu quem fecit in inferno. ¶ Quarto
de ascēsu eius in celum. ¶ Quinto de ascendēdi modo.
¶ Circa primū querūtur duo. ¶ Primo vtruꝫ xp̄s in
triduo mortis fuit hō. ¶ Scḋo vtrū sit vbiqꝫ hō. Q. ō. I Q. ō. 1.

Primo ostendo ꝙ christus in triduo Argu.
mortis sue fuit homo. Matth.
xxij. Ego sum deus habraam. deus isaac: ꝛ de-
us iacob: non est deus mortuorum sed viuo-
ruꝫ: ergo adhuc viuunt habraam isaac: ꝛ iacob: sed hoc
non esset verum nisi anima esset homo: quia planum est
ꝙ eorum corpora mortua sunt. Cum ergo filius dei in il
lo triduo remanserit vnitus anime sequitur ꝙ illo tri-
duo erat homo. ¶ Itē ꝫm philosophum secundo prio Secūdo
rū in syllogismo ex oppositis semp cōclusio ē falsa: sed cū caplo. 17
sic dicitur: christus est homo: christus non est homo: er-
go christus nō est christus: est syllogismus ex oppositis:
semper: ergo fuit ista falsa: christus non est christus: ergo
eius contradictoria: scilicet christus est christus semper
fuit vera. Sed de quocūqꝫ vere predicatur inferius: de il
lo vere predicatur superius: ergo semper hec fuit vera: Tertio
christus est homo. ¶ Item Auicen. primo sue metaphy
sice capitulo quinto dicit ꝙ enūciantes re vera non sūt
nisi per illud quod habet esse in anima: ꝛ ꝫm accidens
sunt per illud quod habet esse i exterioribus: ergo ad ve
ritatem propositionis accidit ꝙ res habeat esse extra ani
mā: ergo non obstante ꝙ in triduo christus non esset ho
mo in esse reali extra animam: tamen nihilominus: hec Quarto
propositio erat vera: christus est homo. ¶ Itē termin⁹
communis supponit omnem terminum singularem in
cuius significato includitur significatum illius: sed chri
stus in triduo ita significabat vnum hominem singula-
rem sicut ante mortem: quia re destructa: non propter
hoc desinit terminus significare quod significabat: sicut
nec circulus significare vinum quāuis sit āmotum de ta
berna: ergo in triduo iste terminus homo supponebat
christum: sed terminus communis vere predicatur de
omni suo supposito: ergo in illo triduo vera erat ista pre- Quinto
dicatio christus est hō. ¶ Item de quocūqꝫ predicatur
differentia ꝛ species: sed i illo triduo filius dei erat ratio-
nalis: quia anima que rationalis est sibi semper remansit
vnita: ergo ꝛ illo triduo ivere de ipso p̄dicabatur homo.

Contra ꝫm philosophum secundo perihermeni- In opp⁹
as. Falsum est hominem mortuum dicere primo
hominem: sed in triduo mortis christus fuit homo mor caplo. 2
tuus: ergo nō fuit homo. ¶ Itē omnis hō est substantia Secūdo
animata sensibilis: sed christus in triduo nō fuit substan-
tia animata sensibilis: quia corpus nō fuit animatuꝫ: ani
ma nō fuit animās: psona non fuit aīata: ergo xp̄s in tri- Tertio.
duo nō fuit hō. ¶ Itē quicūqꝫ est hō est: qꝛ est superius
est ad esse hoiem: ꝛ de quocūqꝫ p̄dicatur inferius ꝛ supe
rius: christus aūt in illo triduo nō erat: qꝛ christus est no
mē persone in duab⁹ naturis: tūc aūt in illa persona non
erat natura humana: quia per mortē erat corrupta: ergo
christus in illo triduo non erat homo.

Ad istam questionē dicūt qdaꝫ ꝙ xp̄s Ad qōnē
in triduo fuit hō: ꝫm mētē
qꝛ ipsa aīa dicit ipsam nām humanā: vnde aīa nō verbo aliorꝫ p̄
vnita: siue sit a corpe separata: siue nō est psona hoīs ꝛ hō. ma.
Aīa aūt verbo vnita: ꝛ si nō sit psona nec possit dici hō:
tñ est nā humana. Et hāc opionē vi Hugo sentire li. 2. ꝺ Hugonis
sacris pte. 1. c. penul. Sed hec opio nō tenet: ꝛ in pte re- opinio ꝛ
probata est supius Di. 5. in illa qōne: vtrum anima sepa- eius re-
rata sit psona. ¶ Preterea illa opinio videt esse ꝯtra sym- probatio
bolū in quo dī aīa rōnalis: ꝛ caro vnus est hō. ¶ Prete-
rea illa opio sufficiēter reprobata est li. 2. inquātū ibi ostē
sum ē: ꝙ aīa rōnalis est forma hoīs cōpletiua: p quā tepo
nit i spē: qꝛ cū forma nō sit cōpositū: nec aīa sit forma sui
ipsi⁹: ex h̄ seqtur ꝙ aīa nō sit hō. ¶ Alij dicūt ad qōneꝫ
ꝙ christus

ꝙ christus fuit homo in illo triduo non per vnionē ani/
me cū corpe:sicut alij hoīes:sed ꝑ vnionē vtriusqꝫ ī vno
Magistri opinio ⁊ eius reprobatio. supposito. Et huius opinionis fuit magister in littera fꝫ
ꝙ ibi patet. Sed etiā hec opinio non tenetur:⁊ reproba
ri pōt faciliter:q2 nullus est hō in quo nō sit natura hu/
mana:sed in illo triduo:non fuit natura humana in sup
posito quāuis in ipso remāserint eius partes.s.corpus ⁊
aīa:non enim constituunt naturā humanā:nisi sit anima
vnita corpi:sicut forma sue nāe. ¶ Preterea ponere xp̄ꝫ
fuisse hoīem in illo triduo:eo mō quo magister dicit est
Ad qōnē fm̄ mētē propriaꝫ. ponere ipsum fuisse hoīem equoce cū alijs hoībus quod
falsum est. ¶ Videtur,mihi ergo ad qōnem dōm ꝙ fm̄
Damas.lib.3.c.3. Christus est nomen persone filij dei in
duabus naturis:vnde in sig̃to:christi icludit̃ sig̃tum ho
minis:qn̄cūqꝫ ergo ⁊ quōcūqꝫ fuerit illud qd̄ significare
tur per nomē christi:ipse tunc ⁊ illo modo fuit hō aliter
non. In triduo aūt mortis christi xp̄s nō fuit rōne toti/
us sui significati in esse actuali ⁊ reali:q2 q̄uis in illo tri
duo remāserit persona filij dei in esse actuali ⁊ reali in di
uina natura:nō tñ in natura humana:q2 ex aīa ⁊ corpo/
re nō ꝯstituitur humana natura nisi sint vnita inter se:si
cut materia ⁊ forma. In illo ergo triduo xp̄s non fuit ho
mo in esse actuali ⁊ reali:qa tñ in illo triduo xp̄s ⁊ ratio
ne suppositi:⁊ totius sui significati fuit in esse intellecti/
uo:qa intelligebatur totū significatū per hoc nomē xp̄s
nō oportet concedere ꝙ christus in illo triduo fuit hō ī
esse intellectiuo:⁊ qa conuenientia rerum fm̄ suum esse
intellectiuū:cui respōdet realis cōuenientia si res essent
in esse reali ⁊ actuali est causa veritatis ī affirmatiua enū
ciatione:ideo in illo triduo hec enūciatio erat vera: chri
stus est homo. Ex dictis pro magna parte patet solutio
ad arg^a vtriusqꝫ partis ⁊ ad multa alia q̄ fieri possent.

Ad p^m **Ad primum** dicendum ꝙ ibi accipiuntur ha/
braam isaac ⁊ iacob pro animab^s
eoꝝ que fm̄ rei veritatē viuunt:vnde ibi per totū pars
Ad tria alia intelligitur sicut alibi totū per partē. ¶ Ad tria sequen/
tia dicēdum ꝙ nō plus concludunt nisi ꝙ in illo triduo
verū fuit christū esse hominem veritate enunciationis:
sed ex hoc nō sequit̃ ꝙ fuit homo in esse actuali ⁊ reali:
sed ꝙ tūc fuerit homo in esse itellectiuo:quia veritas in
enūciatione affirmatiua causatur ex cōuenientia rerū in/
quātum intellecte sunt:siue in esse actuali ⁊ reali siue nō:
Ad 5^m qa nec enūciari potest vna de alia nisi inquātū intellecte
sunt. ¶ Ad quintum dicēdū ꝙ fm̄ ꝙ rationale est diffe
rētia hoīs alio modo nō debet ꝯcedi christum in illo tri
duo fuisse rōnalem q̄ꝫ ipsum fuisse hoīem. Si autem ac/
cipiatur rationale fm̄ ꝙ dicit aptitudinem ad intelligen
dū illo intelligēdi modo qui cōuenit anime a corpe sepa
te:sic christus ī illo triduo potest dici fuisse rationalis ra/
tione anime sibi vnite:qa rōne psone ⁊ diuine nāe dꝫ di/
ci intellectualis:vel vt melius dicā summus intellectus.

Ad p^m in opp^m **Ad primum** alterius partis dōm ꝙ quāuis in
illo triduo hec enūciatio esset ve
ra christus est homo:quia in subiecto nihil includit̃ re/
pugnās ꝑdicato:tñ hec fuisse falsa christus mortuus est
Ad 2^m hō:qa esse hominē ⁊ esse mortuum:nō tñ repugnant
in esse reali ⁊ actuali:sed etiam in esse intellectiuo. ¶ Ad
secūdum dōm ꝙ xp̄s in illo triduo erat in esse intellectu
uo sba aiata sensibilis rōnalis quāuis nō in esse actuali:
Ad 3^m ⁊ reali. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ xp̄s ī illo triduo ratione to
tius sui significati fuit in esse intellectiuo. Et hoc sufficie
bat ad veritatē illius enunciationis christus est homo.

Q6.2. Questio. II.

Argu. 1. **Secundo** Querit̃ vtrūꝫ xp̄s sit vbiqꝫ
hō. Et vi ꝙ sic fm̄ Damas.
li.3.c.3.⁊.4. Ea que dicūtur de deo: dicuntur
de hoīe ⁊ cōtra ꝑ cōicationē idiomatū sed fi/
lius dei est vbiqꝫ:ergo hō est vbiqꝫ:sed vbicūqꝫ est huma
na natura filio dei vnita ibi fili^s dei est hō:ergo christus
vbiqꝫ ē hō. ¶ Itē q̄cūqꝫ iseparabilr̃ vnita sūt: vbi ē vnū ⁊ Secūdo
aliud:sꝫ filius dei ⁊ nā hūana inseparabilr̃ vnita sunt: ḡ cū
vbi sit fili^s dei vbiqꝫ est humana nā sibi vnita:ad qd̄ se/
quit̃ ꝙ xp̄s vbiqꝫ est hō. ¶ Item seqtur hoc est ⁊ nō est Tertio
hō:ergo h̄ est nō hō:ergo a sili seqt̃ ꝙ si xp̄s est:⁊ non est
vbiqꝫ hō ꝙ sit vbiqꝫ nō hō quod falsum est. ¶ Itē vbi/ Quarto
cūqꝫ est xp̄s ibi est hō:q2 in sig̃to xp̄i includitur sig̃tum
hoīs:sed xp̄s est vbiqꝫ:qa cū possit dici fuisse ante secula
fm̄ Damas.lib.3.c.4.pari rōne pōt dici esse vbiqꝫ: ergo
christus est vbiqꝫ homo.

Contra si christus est vbiqꝫ homo:xp̄s fm̄ ꝙ hō est In op^m. primo
vbiqꝫ:sed hoc est falsuꝫ:q2 tūc humana na/
tura xp̄i esset vbiqꝫ. ¶ Itē xp̄s est hō singularis:sed fm̄ Secūdo
phm̄.1.li.poste. Singulare est homini ⁊ nunc: vlē vbiqꝫ T.c.43.
⁊ semp:ergo christus non est vbiqꝫ homo.

Respondeo ꝙ christus nō est vbiqꝫ hō quāuis Ad qōnē scdm̄ mētē aliorū.
xp̄s hō sit vbiqꝫ:qa ad veritatē ꝑ/
positionis sufficit ꝙ ꝑdicatum cōueniat sbo ratiōe sup/
positi:⁊ē aūt vbiqꝫ vere cōuenit supposito hoīs christi:sꝫ Vñ h ō veritate ꝑpōnis optime.
ad veritatē ꝑpositionis nō sufficit ꝙ ꝑdicatum ratione
suppositi cōueniat sbo:sed reqrit̃ ꝙ totū ꝑdicatum cō/
ueniat ei:⁊ ideo q̄uis esse vbiqꝫ psonā filij dei vere con/
ueniat xp̄o:nō tñ ex hoc seqtur ꝙ esse vbiqꝫ hoīem vere
cōueniat christo:q2 ipsum ꝑdicatum nō tm̄ nominatur
suppositū sed suppositū ⁊ naturā humanā vnde cū dicit̃
ꝙ xp̄s vbiqꝫ esse hō sensus est:ꝙ xp̄s est vbiqꝫ suppositū
nature humane quod falsum est cū natura humana chri
sti non sit vbiqꝫ.

Ad p^m **Ad primum** in oppositūꝫ dōm ꝙ quāuis ista
cōcedat̃ hō est vbiqꝫ:q2 ille q est
hō est vbiqꝫ:tñ ex hoc nō sequit̃ ꝙ humana natura xp̄i
sit vbiqꝫ q2 fm̄ Damas.li.iij.c.iiij. Idiomata nō cōmuni Idiomata in concretiōe nō in abstractiōe cōicātur.
cātur in abstractione:sed in cōcretione.s.rōne supposi/
ti. ¶ Ad scd̄m dōm ꝙ maior nō est vera. qn̄ vnū vnito/
rū est illimitatū:⁊ aliud limitatū:⁊ qn̄ vnū excedit aliud
nō eni vbicūqꝫ est aīa est manus. Filius autē dei excedit
naturā humanā:⁊ est illimitatus:natura aūt humana li/
mitata est. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ peccat in forma:nō eniꝫ Ad 3^m
debet cōcludi:ergo est vbiqꝫ nō hō:sed qd̄ est non vbiqꝫ
hō:⁊ hoc est verū. ¶ Ad quartū cū dicitur ꝙ vbicunqꝫ Ad 4^m
est christus ibi est hō ⁊c̃. dico ꝙ dupliciter pōt intelligi:
aut ita ꝙ hō sit ꝑdicatum sub hoc sensu vbicūqꝫ est chri
stus:ibi xp̄s est hō:⁊ sic falsum est:q2 xp̄s est hic:esse eniꝫ
vere sibi cōuenit rōne suppositi:⁊ hoc sufficit ad ꝑpōnis
veritatē:tñ nō est hic hō ꝑpter rōnē in corpe questionis
dictā. Alio modo pōt intelligi ita ꝙ homo sit subiectuꝫ
sub hoc de sensu vbicūqꝫ est xp̄s hō ibi est:⁊ sic est verū:
quia est christus ille qui est homo est ibi : sed ex hoc non
sequitur ꝙ sit ibi homo.

Consequēter Querit̃ de secundo
principali:⁊ circa h̄
queritur duo. ¶ Primo vtrum christus de/
scēdit ad inferos. ¶ Secundo vtrū vsqꝫ ad
diē resurrectionis sue morā ꝯtraxerit in inferno. Q6. I. Q6.1.

Primo ostēdo ꝙ christus nō descendit Argu.p^a
ad inferos. Augu. in epistola ad
Dardanū. Nō multū post principium. Nō fa
cile alicubi scriptura inferorū nomen positum
inuenitur in bono:sed christus nō debuit descendere ad
locum nisi sonātem in bonum:ergo ad inferos non de/
scēdit. ¶ Itē xp̄s nō descēdit ad locum dānatorum pro Secūdo
peccato actuali:nec ad locum dānatorum pro solo pecca
to originali:neqꝫ ad locum purgatorij : sed tantum ad
limbum sanctorum patrum : ergo ⁊ si possit dici ꝙ de/
scenderit ad infernum:non tamen ꝙ descenderit ad in/ Tertio
feros. ¶ Item christus non simul fuit in paradiso : ⁊ in
inferno : sed post sui mortem in paradisum ascendit

eodem die: vt enim habetur Luc. 23. latroni penitenti dixit. Hodie mecū eris in paradiso: ergo post mortem suaʒ non descendit ad inferos.

In oppm primo. **Contra** in symbolo dicitur ꝙ descēdit ad inferna. ¶ Itē Augu. in epistola ad dardanum parū post principiū dicit: ꝙ nō ipse die quo dixit: hodie mecū eris in paradiso in celo erat futurus hō christus iesus sed in inferno ſm animā in sepulchro ſm carnem.

Secūdo

Ad qōnē ſcdm mē tē ꝓpriā. In inferno quatuor loca. **Respondeo** ꝙ in inferno large dicto sunt quatuor loca sed habentia secundum superius ⁊ inferius: ⁊ in loco maxime infimo sunt dānati pro peccato actuali in loco qui imediate est supra illū sunt dānati pro solo peccato originali in loco qui ꝯār est supra illum sunt anime que purgātur. In loco enim illo purgantur de lege cōmuni quāuis alibi alique purgentur ex aliqua causa speciali. In quarto loco qui inter loca illa est superior: nullus est modo: sed ibi erāt ante mortem christi anime sanctorū patrū in requie: qui suā penitētiā expleuerant: vel que nihil purgabile secum portauerant. De loco maxime infimo nō trāsit aliqua aīa ad locū qui cōsequēter est supra ipsuʒ nec ad locū purgatorij: nec ecōuerso. Similiter de loco in quo sunt dānati pro solo peccato originali nullus trāsit ad locū purgatorij: nec econuerso. Ad locū aūt in quo requiescebāt anime sanctorum patrum nō transibat aliqua anima de duobus locis inferioribus: nec ecōuerso. De purgatorio aūt trāsibant anime postq̄ suā penitētiā expleuerāt ad locū illū: nō econuerso. De illo enī loco nulla anima descēdebat ad aliquē aliorꝫ locorꝫ.

Ala christi ad quē locuʒ descendit. Unde anima christi ad illum locum descendit non ad alia loca sub ipso nisi forte ad locum purgatorij: vt aliqui volunt: ⁊ sic dicit descēdisse ad infernū christus ratione anime non inquātuʒ infernus est nomē supplicij: sed inquātum est nomen loci. ¶ Ad illū aūt locuʒ cū voluit descēdere ad manifestādam suam dignationem ⁊ ad sanctorꝫ patrum cōsolationem: ⁊ ad demoniorū cōfusionē ⁊ ad expressius manifestandum sui ad nos inestimabilē charitatis dilectionem.

Ad pm **Ad primum** in oppositum dicendū ꝙ quāuis nomen inferorꝫ in scripturis nō facile inueniatur in bono acceptum: tñ interdū inuenit quāuis raro. s. cū accipitur pro limbo patrum pro tēpore quo ibi fuit anima christi ad quē etiā locuʒ inferni descēdit magna multitudo sanctorꝫ angelorum qui precesserūt christi descēsum. vt habetur in glo. super illud ps. Attollite portas principes vestras quod fuit factum ⁊ ad reuerētiam christi descēdētis: ⁊ vt sanctis patribus per angelos ꝑnūciaret tāta ꝯsolatio mox futura. Uel potest dici ꝙ locus nō est secundū se bonus conuenire potuit ad tēpus anime christi dispēsatiue ꝓpter nos cum maxime sibi nō noceret: ⁊ luminosus fuerit q̄zdiu fuerit.

Ad 2m ¶ Ad secūdū dōm: ꝙ ibi accipit plure ꝑ singulari.

Ad 3m ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ illa auctoritate per paradisum intelligendus est sinus habrae vbi anime sanctorꝫ patrum requiescebant: vnde nomē paradisi generale est ad omne illud vbi feliciter viuit. Et hoc sumptum est ab Augu. in epistola ad dardanū: non multū post principiū. In illo aūt sinu vitā eternā habuerūt anime sancte q̄zdiu ibi fuerūt post mortē christi: ꝙ ibi ex tunc clarā dei visionē hūerūt. Qō. II.

Qō. 2. **SEcundo** Queritur vtrū christus vsq; ad diē resurrectionis suā

Argt. 1. morām cōtraxerit in inferno. Et videt ꝙ nō. Non decet magnū principē moram contrahere in vili loco: sed qlibet locus inferni vilis est: ergo xp̄s morā ꝯhere i īferno nō debuit.

Secūdo ¶ Itē deꝰ nihil facit sine ratione: sed nulla videtur ratio: quare anime sanctorum patrū postq̄ plene erāt redempte moram contraherent in inferno: ergo videtur ꝙ post suā mortē christus eduxit

Tertio statim eas de inferno. ¶ Itē postq̄ fuit cōpletū peccatum malorꝫ angelorum: statim electi fuerunt de celo: ergo postq̄ fuit completa nostra redēptio aīe sanctorum patrū: statim fuerūt educte de inferno per christum.

In op primo. **Contra** Augu. 18. de ci. c. 44. Propheta in ventre ceti triduo fuit: ⁊ tamen alium significauit in ꝓfundo inferni triduo futurorꝫ qui dn̄s est omnium ꝓphetarū.

Secūdo ¶ Itē augu. de fide ad petrū longe post principium dicit de anima christi ꝙ ipsā de inferis ad carnem die tertio reuertētem: idē deus secundū carnē qua in sepulchro iacuit: de sepulchro resurrexit: ergo anima christi in inferno fuit vsq; ad horam resurrectionis.

Ad qōnē ſcdm mē tē ꝓpriā **Respondeo** ꝙ christus vsq; ad horam resurrectionis moram contraxit in inferno. Ordinauerat enim diuina sapiētia ꝙ sicut anime nō viderēt deū clara visione: quousq; christus diabolū moriendo vicisset: quod ita de loco corporali inferni: non educerētur vsq; ad horā qua christus victurus erat mortē corporalem resurgēdo: ꝓpter quod dicitur in collecta in die resurrectionis. Deus qui hodierna die per vnigenitū tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: ꝓpter aūt illas easdē ratiōes: ꝓpter quas christus ad eas descēdere voluit: etiam quousq; illas de loco educeret in illo loco morā contraxit.

Ad pm **Ad primum** in oppositū dōm: ꝙ ille locus inferni q̄zdiu christus ibi fuit nō fuit vilis: qa multo splēdore illustratus. Uel potest dici ꝙ ad tēpus ⁊ dispēsatiue bene decet magnū principē contrahere aliq̄lē morā ꝓpter subditorꝫ suorꝫ vtilitatem in aliquo loco qui alias sibi nō cōueniret maxime principeʒ talem: qui ex vtilitate loci: nullū modū potest incōmoduʒ reportare: nec aliquod dedecus.

Ad 2m ¶ Ad secundū dicendū ꝙ illius more fuit ratio que in corpore qōnis posita est.

Ad 3m ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ non est simile de expulsione malorū angelorꝫ de celo: ⁊ de eductione animarū sanctarū de inferno: qa expulsio illa fuit ſm debitū iustitie: ⁊ ideo statim post peccatū fuerunt expulsi de celo: sed ex dispensatione misericordie factū est: vt anime sancte nō statim educerētur de loco inferni: postq̄ fuerunt redēpte: sed in hora resurrectionis dn̄i sui: vt sicut dn̄s eorꝫ incohabat nouum statum corporalis vite: ita ipsi tunc nouum locum corporalem intrarent.

COnsequenter Querit de tertio principali: ⁊ circa hoc querūtur duo. ¶ Primo vtrū christus illam partē inferni ad quam descēdit corporaliter illuminauit. ¶ Secūdo supposito ꝙ animas sanctorꝫ patrū de limbo eduxerit: ⁊ de inferno dānatorꝫ siue pro peccato actuali: siue pro peccato originali: animas nullā liberauerit: qa nulla de illis se potest disponere ad recipiēdū efficaciā passionis christi. Queritur vtrum aliquas de purgatorio liberauerit. Questio. I.

Qō. 1. Argt. 1. **PRimo** ostendo ꝙ christus illā partē inferni ad quā descēdit corporaliter nō illuminauit: nunq̄ fuerūt tenebre in celo: ergo a simili: nec lumen corporale in inferno.

Secūdo ¶ Itē in inferno non erāt nisi spiritus: sed spūs corporali lumine nō indigēt: ergo superfluū fuisset illuʒ locū: ad quē christus descēdit corporaliter illuminari.

In oppm primo **Contra** Isaie. 9. Habitātibus in regiōe vmbre mortis lux orta est eis. Gloria in regione vmbre mortis sunt qui iam cum mortuis operibus ad inferna descenderunt: ergo existentibus in inferno lux orta fuit: sed non est probabile: ꝙ ita fuerit eis orta: sicut quādo ad infernum lux vera descendit: ergo videtur ꝙ infernum corporaliter illuminauit.

Ad qōnē ſcdm mē tē ꝓpriā **Respondeo** ꝙ christus illā partem inferni ad quam descendit corporaliter illuminauit. Sensibilia enim signa sunt intelligibilium: vnde

per

per sensibilia adiuuamur ad ascendendū ad aliquā intelligibilium cognitionē. Cum ergo in descensu xp̄i ad limbum patrū ille aie que ibi erant fuerunt illuminate spiritualiter ꝯueniens fuit: vt ēt locus ille per xp̄m illuminaretur corporalr̄ in signū spūalis illuminationis aiarum.

Ad p̄mū

Ad primum in opp^m dōm ꝙ non ꝓcedit per bonum siīe: qꝛ non ꝯxerunt in celo moram mentes obtenebratas spūalr̄: ⁊ ideo nec locus ille obtenebrari debuit corporalr̄. In limbo aūt p̄rum ꝯxerunt moram mente illuminate spūaliter.

Ad scōm

¶ Ad scōm dōm ꝙ locus ille nō fuit corporalr̄ illuminatus: qꝛ spūs indigeat lumine corporali: sed pp rōnem dictam in qōne ⁊ pp xp̄i ⁊ illaꝝ aiaꝝ reuerentiaꝫ. Argumentū ad parteꝫ aliam gratia conclusionis pōt concedi: qꝛ̄uis non multū cogere videntur.

Q̄ő. II. Argt̄. p̄

Q̄ő. II.

SEcundo queritur: vtrū xp̄s aliquas aiaꝫ de purgatorio liberauit: ⁊ vr̄ ꝙ non: qꝛ nullam aiam liberauit de illis locis: ad que non descendit: sed non descendit ad locum purgatorij. ergo de illo loco nullam aiam tunc eduxit: qꝛ̄ eduxit aias nihil hn̄tes purgabile.

Secūdo.

¶ Item non minorē virtutē hꝫ modo passio xp̄i q̄ꝫ tunc habuerit: sed aie recedentes a corporibus cum gr̄a dei penaꝫ purgatorij experiunt̄: nisi in hac vita totam suam penitentiā expleuerint: ergo vr̄ ꝙ sir̄ tunc aias: que adhuc totā suam pn̄iam non expleuerant: xp̄s non eduxit de purgatorio qn̄ aias que nihil habebant purgabile de limbo eduxit.

In opp^m Primo

Contra non minorē efficaciam habuit tunc passio xp̄i q̄ꝫ modo habeat sacr̄m baptismatis: cū a xp̄i passione suam habeat virtutem: sed per sacr̄m baptismatis liberat̄ a culpa: ⁊ a tota pena pro culpa debita: ergo vr̄ ꝙ per passionem xp̄i illi qui erant in purgatorio statim fuerunt liberati totalr̄ a pena.

Secūdo.

¶ Item salua iusticia in aduentu magni principis frequenter liberantur de pena: qui nō erant rei mortis maxime si ex illa liberatiōe nullus leditur: ⁊ sint amici p̄ncipis ⁊ curie. Sed illi qui erant in purgatorio nō erant rei pene eterne mortis: nec eorum liberatio in alicuius erat p̄iudiciū: ⁊ erant amici xp̄i: ⁊ celestis curie. ergo vr̄ ꝙ qn̄ summus princeps ad infernū descendit: oēs qui erant in purgatorio liberauit a pena: ⁊ in die sue resurrectionis eos de illo loco eduxit.

Ad qōnē p̄blematice

Respondeo ꝙ cum istius qōnis non inueniat̄ aliqua pars affirmata a sanctis nō mihi tutum vr̄ aliquam p̄tem asserere. Qui tn̄ vult tenere p̄tem qōnis affirmatiuā: pōt eam p̄babilr̄ munire per rōnes ad hoc factas: ⁊ etiā per auctes. Luc. n. 16. Sinus habrahe: vbi Lazarus fuit receptus distinguit̄ ꝯ infernū ⁊ tn̄ vt habemus actuum. 2. Xp̄s descendit ad infernuꝫ. ergo non tm̄ descendit ad sinū habrahe: sed ēt ad aliū inferiorem locum: non aūt ad locum damnatoruꝫ siue pro pctō actuali siue originali tm̄. ergo descēdit ad locū purgatorij: qđ non fecisset: nisi oēs vel aliquos de illis: cum illis: qui erāt in sinu habrahe liberare noluisset.

Sustētat p̄tē affirmatiuam cui magis inheret

¶ Preterea vt habet̄ actuū. 2. Descendit ad locuꝫ in quo erant dolores. dolor aūt pena sensibilis est: que non erat in sinu habrahe: ⁊ tunc pōt argui idem qđ prius. ¶ Preterea Augu. in ep̄la ad Enodiū inter principiū ⁊ mediuꝫ: quo modo intelligat̄ habrahā: in cuius sinu pius pauper ille susceptus est in illis fuisse doloribus. ego qdem nō video ergo alios liberauit de alio loco q̄ꝫ de sinu habrahe: ⁊ sic pōt argui idem qđ p̄us. ¶ Preterea Augu. parum post ipsos inferos non potui vsp̄iam scripturarū in bono appellatos reperire: qđ si nusq̄ꝫ in diuinis auctīatibus legit̄ non vtiq̄ꝫ sinus ille habrahe: i. secrete cuiusdam quietis habitatio: aliqua pars inferoꝝ esse credenda est: ⁊ paucis interpositis subiungit: sed qꝛ euidentius testimonia ⁊ infernum cōmemorāt ⁊ dolores: nulla cā occurrit: cur illo credatur venisse saluator: nisi vt ab eis doloribus saluos faceret. Sed vtrum oēs illo beneficio dignos iudicauit: adhuc requiro: fuisse tn̄ eum inferos: ⁊ in eoꝝ doloribus ꝯstitutis: hoc beneficiū p̄stitisse non dubito. Hinc habes expresse ꝙ sinus habrahe nō est pars inferni: ⁊ ꝙ xp̄s ad aliquam p̄tem inferni descendit de qua aliquos a doloribus liberauit: qđ si de inferno damnatoꝝ non pōt intelligi: vt de loco purgatorij intelligat̄: necesse est.

A. L. vbi

Pro hac ēt opinione pōt addi ad hec rō talis: plus potuit passio xp̄i ad totaliter liberandū a pena illos: qui erant in purgatorio: q̄ꝫ modo possint suffragia: que fiunt pro eis: qui purgantur: sed per suffragia p̄nt totaliter a pena liberari. ergo multo fortius: ⁊ illi fuerunt totaliter a pena liberati per passionem xp̄i.

Sustētat p̄tē negatiuam

Qui aūt tenent partem qōnis negatiuam: dicunt ꝙ pctm̄ actuale ⁊ p̄sonale actualē ⁊ personalem penam de iustitia requirit. Unde per penā passionis xp̄i non statim fuerūt liberati oēs iusti a pena: sed soli illi qui nulli pene erāt obligati: nisi soli pene ꝓ pctō p̄imoꝝ parentum debite que pena erat carentia visiōis dei: ⁊ isti dicunt ad auctes Augu. pro alia opinione allegatas: ꝙ ibi loquebat̄ Augu. non determinando: sed dubitando: qđ ꝯfirmant per hoc ꝙ Augu. in ep̄la ad Dardanum non multū longe post principiū dicit. Si vtraq̄ꝫ regio ⁊ dolentiuꝫ ⁊ requiescentiū. i. vbi diues ille torquebatur: ⁊ vbi pauper ille letabatur: in inferno esse credenda est. Quis audeat dicere dn̄m iesum xp̄m ad penales inferni p̄tes venisse tantūmodo: nec fuisse apud eos: qui in habrahe sinu requiescunt. ¶ Dicunt etiam isti ꝙ qn̄ sinus habrahe distinguit̄ ꝯtra infernum restringitur nomen inferni ad loca damnatoꝝ: ⁊ ad locum iustoꝝ sensibilem penam hn̄tium. Sed auctas quam isti adducunt pro se parum videtur facere pro eis.

Ad p̄^m 2^m opi. primam Ad scōm

Tenendo primam opinionem dōm ad primū ꝙ s̄m illam opinionem descendit ad locū purgatorij q̄ꝫuis non in penam. ¶ Ad scōm dōm ꝙ sicut baptisma non remittit penam actualibus pctis debitam: que ip̄m sequunt̄: sed illis que baptismum precesserunt: sic passio xp̄i non remittit totam penam debitam actualibus pctis que secuta sunt post ipsam passionem: sed per eam remissa fuit: quantum ad efficienciam pene terminande pro peccatis actualibus debita que precesserant ipsam passionem.

Ad p̄mū s̄m opi. 2^m opi. 1^m

Tenendo aliam opinionem pōt dici ad primum argumentum ꝯtra eam ꝙ q̄ꝫuis passio xp̄i non sit minoris efficacie q̄ꝫ baptismus: sed maioris: quantum est ex parte sua: tn̄ per eam nō remittitur: nisi inquantum aliquis ꝯformatur passioni: qđ fit tripliciter scꝫ vel per sacr̄i baptismatis susceptionem s̄m illud ap̄li ad Ro. 6. Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem vel per meritum fidei passionis formate per charitatiuam dilectionem: vel per pene sustinentiā.

Cōformamur tri/ plr̄ xp̄i passioni

Sed illi qui erant in purgatorio non erant in statu recipiendi sacramentuꝫ baptismi: nec in statu merendi: ⁊ ideo ad hoc vt liberarent̄ per xp̄i passionem requirebatur ꝙ ꝯformarentur per pene sustinentiaꝫ eorum pctis actualibus debitā: q̄ꝫuis ex benignitate diuine misericordie magna parꝫ illius pene quantum ad intensionem: ⁊ extensionem pie credatur eis fuisse remissa.

Minorata fuit pena p xp̄i passioneꝫ in purgatorio existentibus

¶ Ad scōm dōm ꝙ eoruꝫ liberatio: ⁊ eductio cum aliis fuisset in preiudiciū iustitie s̄m qđ respicit exigentiam meritorum. Sed hoc parum cogeret alios: qui statim responderent ꝙ fuit consonum iustitie s̄m ꝙ accipitur pro cōdecentia diuine bonitatis s̄m quam deus iuste parcit malis quando eis parcit: vt dicit Ansel. proslo. c. 10.

COnsequenter queritur de quarto p̄ncipali: ⁊ circa hoc q̄runt̄ duo. ¶ Primo vtꝝ statim post suā resurrectionē ascenderit in celū. ¶ Scd̄o vtrū ascēderit vsq̄ꝫ ad sup̄mā p̄tē sup̄mi celi.

Q̄ő. I.

Arg. pᵒ **P**Rimo ostendo q xp̄s statim post suaz resurrectionem in celum ascenderit: q͛ sua resurrectio exemplar fuit gloriose resurrectionis alioꝝ: sed alij statim post suam
Secūdo resurrectionez ascendent in celum. ¶ Item aie iustoruz nihil hn̄tes q eas inferius detineat statim ascendunt in celum: sed aie sctōruz prium postq̄ educte fuerunt de inferno nihil habuerūt: qd̄ eas inferius detineret. ergo statim ascenderunt in celum: sed non ascenderūt ante xp̄m ergo statim post suam resurrectionem ascendit in celuz.

In oppᵐ Primo **Contra** actuum. i. Prebuit se ip̄m viuum post passionem suaz in multis argumentis per dies xl. apparens eis ꝛ loquens de regno dei.

Ad q̄ōnē ſm mētē propriam **Respondeo** q xp̄s statim post resurrectionem suam non ascendit in celum: quia q̄uis corpori glorificato statim debeat ille locus dispensatiue tamen voluit suam ascensionem differre vt suam resurrectionem modo superius dicto manifestaret propter nostram vtilitatem.

Ad pmū **Ad primum** in oppositum dōm q non est simile de resurrectione aliorum sctōꝝ ꝛ de resurrectione xp̄i: q͛ eorum resurrectionē non oportebit probare per argumenta. Vn̄ nō est silr ca dilationis
Ad scdm ascensionis xp̄i. ¶ Ad scdm dōm q non est sile de ascensu alarū in celum: que modo ascendunt ꝛ ꝛ illarum quas xp̄s de inferno eduxit: q͛ ordinatum erat a deo ꝛ q sicut nullus resurgeret ante xp̄m ita ordinatum erat: q nulla aia ante ip̄m ascenderet in celum. Quapp ad Colo. i. Dicitur primogenitus ex mortuis: ꝛ in oibus primatum tenens. Manserunt ergo ille anime in terra cuz eo sequentes eum quocunq̄ ibat: ꝛ die ascensionis post ipsuz ascenderunt in celum.

Qō. II. Ar. pᵒ Qō II.

SEcundo queritur: vtruz xp̄s ascenderit vsq̄ ad supremā partem supremi celi: ꝛ vr̄ q non: q͛ nobilitas corporuz simpliciū maxime viget in medio: q͛ sicut virtus moralis viget i medio ſm rōnē: sic v̄tus nālis maxie viget i medio ſm nāz: sꝫ xp̄z decet esse i nobiliori loco su
Secūdo. premi celi. ergo est in illius celi medio nō supmo. ¶ Itē xp̄s post suam resurrectionem cum apparebat discipulis suis stabat in medio eorum: vt habetur in duobus locis Jo. 10. ꝛ. 20. ergo a sili vr̄ q in supremo celo sit in medio
Tertio. eorum. ¶ Item regez decet esse in medio exercitus: vnde Job. 29. Cum sederem quasi rex circūstante exercitu. ergo cū xp̄s sit rex regū dꝫ eē i medio suoꝝ militū i celo.

In oppᵐ Primo Secūdo. **Contra** psal. Ascendit super celum celi. ergo nō tantum ascendit ad altissimuz locum supremi celi: sed etiam supra. ¶ Item ad Ephe. 4. vr̄. Qui ascendit super omnes celos ergo idem qd̄ prius.

Ad q̄ōnē ſm mētē propriam **Respondeo** q xp̄s ascendit vsq̄ ad supremam partez supremi celi: q͛ nobilissimū locatum decet esse in nobilissimo loco: q̄uis ex dispensatione: ꝛ ad modicum tp̄s: non sit incōueniens ipsum esse in minus nobili loco: xp̄s aūt est nobilissimum locatum
Sicut apparuit patri francisco ergo dꝫ esse in nobilissimo loco: qui est superior locus celi supremi: sed q semper in illo resideat: ita q nunq̄ ad alium locum ad modicum tp̄s sese transferat: non affirmo: cum post sui ascensionem narretur aliqñ apparuisse aliquibus in hac vita: nec habeo rationem cogentem q̄ nunq̄ ad aliam partem celi sese transferat.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositu𝔷 dōm q q̄uis virtus aeris ꝛ aque ꝛ terre maxie vigeat in sui medio v̄tus tn̄ ignis maxie viget in sui supremo: ꝛ sic forte est in oibus spheris celestibus. Unde non est sile de nāli virtute ꝛ morali. Si autem dicatur q oēs partes celi empyrei eque sint nobiles nobilitate absoluta: adhuc
Ad scdm opꝫ dicere q suprema pars sit nobilior in respectu inquātum magis est ab istis inferioribus elongata. ¶ Ad scdm dōm q xp̄s non stabat in medio discipuloꝝ suoꝝ per cōparationem ad terminos: que sunt sursum ꝛ deorsum: sed per cōparationem ad alios terminos positionis: qui sunt dextrum ꝛ sinistrum ante ꝛ retro. Simili modo di-
Ad 3ᵐ Electi in celo aliter aā xp̄i facie: ꝛ a retro T. C. 99. cendum est ad tertium. ¶ Pie tn̄ pōt credi q xp̄s in celo nullū habeat retro se: sed oēs electi in faciem eius aspiciunt. ¶ Auctes ad partem aliam non sic debent intelligi q xp̄s inquantum homo transcendat supremam partem supremi celi: quia vltra supremum celum non est locus: neq̄ vacuum: neq̄ tp̄s: vt habet prio celi ꝛ mundi: sed sic intelligēde sunt q sit in suprema pte supremi celi.

COnsequenter queritur de quinto pncipali ꝛ circa hoc queruns duo. ¶ Primo vtrum ascenderit pmutationem successiuam vel instantaneam. ¶ Secundo vtrum ille ascensus fuerit violentus vel naturalis. Qō I.

Qō. I. Argu. pᵒ **P**Rimo ostendo q in celuz ascenderit in instanti: q͛ v̄tus infinita transferre pōt corpus de loco ad locum in instanti: sed xp̄s ascendit in celum per virtutem infinitaz. ergo vr̄ q ascenderit in instanti. ¶ Item Aug. 19. de ci.
Secūdo. c. 17. dicit q corpus glorificatum ex omni parte erit subditum voluntati: sed corpus xp̄i ꝛ cum ascendit erat corpus glorificatum. ergo statim cum voluit esse in celo fuit
Tertio ibi. ¶ Item ois successio in translatōe est vel ex resistentia medij ad mobile: vel mobilis ad motorem: vel ex terminorum distantia: ꝛ virtutis motoris limitatione. Sed medium non restitit xp̄o: q͛ corpus non glorificatum nō restitit glorificato: nec corpus restitit motori: q͛ ſm Aug. 13. de ci. c. 18. Sp̄us beatus sine vlla difficultate pōt ferre corpus suum quo voluerit. Uirtus etiam motoris non fuit limitata. ergo videtur q successiue non ascendit.

In oppᵐ Primo. **Contra** si xp̄s ascendit in instanti dispuli non potuissent vidisse eum ascendentem: sed vt habetur actuum. i. Ipsi intuebantur eum euntem in celuz.
Secūdo. ergo non ascendit in instanti. ¶ Itez impossibile fuit vt simul in eadem parte medij esset vna pars corporis xp̄i cum alia: sed tn̄ ita oportuisset esse: si ascendisset in instanti. ergo non ascendit in instanti.

Ad q̄ōnē ſm mētē ppriam **Respondeo** q christus per virtutem persone sue: que est infinita corpus suum potuisset transferre de terra ad celum in instanti: si voluisset: q͛ cum non restitisset mediuz mobili: nec ambo motori pp infinitatē sue potentie nulla fuisset in illa translatione refrenatio: ꝛ ex consequenti nec successio. Noluit tamen ipsum transferre in instanti: sed successiue: vt discipuli ipsum ascendentem viderent qui ordinati erant ad perhibendum testimonium non tantum de resurrectione: sed etiam de ascensione: vnde anteq̄ ascenderet dixit eis actus. i. Eritis mihi testes in hierusalem ꝛ in omni iudea ꝛ samaria: ꝛ vsq̄ adultimum terre. ¶ Utrum aūt per virtutē anime ipsius corpus illud trāsferre potuisset de terra ad celum in instanti patebit in quarto vbi queretur de dote agilitatis: si deo placuerit.

Ad pmū **Primum** argumentum non plus concludit nisi q christus per virtutem persone infinitam potuisset transferri in celum instanti: ꝛ hoc est verum: sed ex hoc non sequitur q ita factuz fuerit. ¶ Ad
Ad scdm secundum dōm q corpus glorificatuz ex omni parte erit subditum voluntati: prout patitur possibilitas corporis: hoc est dictu q in nullo ei repugnabit: nec ex hoc sequitur q virtus anime cum sit finita ipsum possit transferre de terra ad celum in instanti. Ex sola enim limitatione motoris per comparationem ad distantiam terminorum causatur successio in mutatione absq̄ alia omni resistentia: vt in. ij. li. habitum est: vbi quesitum est de motu angelorum. Et ex hoc patet solutio ad tertium.

¶ Argumentum

Ad pmū / In opp^m / Ad scōm — **Argumentum** primum ad partem aliam bene concludit: sed secundum solutione indiget. Dicendum ergo q̄ si christus corpus suum transtulisset de terra ad celum in instanti per virtutem persone infinitam in eodem instanti in eadem parte medij simul duratione fuissent plures partes corporis christi non tamen natura: quia prius in vna parte fuisset ordine nature vna pars corporis christi q̄3 alia: nec hoc fuisset inconueniens.

Q̄ō. II. — Q̄ō. II.

Secundo queritur: vtrum ille ascensus fuerit violentus vel naturalis: sed quia hec questio locuz habebit in quarto cum queretur de ascensu bonoruz post resurrectionem in celum. Ideo hic de ista q̄one supersedeo.

Fidei articuli phi ce nō probantur — **Circa lr̄am** [fidei sacramentū a philosophicis argumentis liberū est] quia articuli fidei per rationes physicas sufficienter probari non possunt: cum ex articulis fidei per rationes necessarias pbare possumus conclusiones: que ex illis sequuntur tanq̄3 ex principijs. [Una eadēq3 vnione vnitus erat anime in inferno: et carni in sepulchro] quod non est sic intelligendum: quin ex parte terminoruz: qui sunt anima et corpus quādiu separata fuerunt essent due relatiōes vnionis in actu: sed q̄ erant vnius rei .s. diuine persone: et q̄ ex parte diuine persone erant similes quāuis vtraq3 esset s̄m rationez: vniones autem anime et corporis ad diuinam personaz erant relationes s̄m rem. [Ergo nec in tempore: nec in loco sapientia est] ibi loquitur de sapientia eterna: que nō est in tempore: nec in loco localiter: nec etiā diffinitiue. Ubiq3 enim presens est. [Ubiq3 totus est: sed non totum] hoc parum post sufficienter exponitur cum dicit q̄ totuz ad naturam refertur: totus autez ad hypostasim. hypostas. enim vbiq3 est: quia infinita est: sed natura eius humana non est vbiq3: quia limitata est.

Dubium litterale — [¶ Solet etiam queri si congruenter dici possit filius hominis vel ille homo descendisse de celo.] ¶ Respondeo q̄ sic quia ad veritatez

R̄nsio — propositionis sufficit quod predicatum ei conueniat ratione suppositi vt superius dictum est: filius autem dei qui est suppositum hominis christi de celo descendit non locum mutando: sed nostram assumendo naturam. [Nemo ascendit in celuz nisi qui descendit de celo]: quod est intelligenduz virtute propria: quia multi alij ascendunt in celum virtute diuina. [Hec de corrigia calciamenti dominici dicta sufficiunt.] Calciamentum est humanitas xp̄i: corrigia vnio diuinitatis et humanitatis. Regis iudmee christus.] vnde psalmus in persona christi. In idumeam extendam calciamentum meum. [Ossa illius regis sunt sacramenta humanitatis que resoluentur vsq3 ad cinerem] quando per questiones nimis curiosas vergunt ad quandam inutilitatē quod dissuadet magister.]

Nota

Distin. XXIII. — ¶ Si christus habuerit fidem et spem vt charitatem. Distin. XXIII.

Cum vero supra perhibituz sit christū plenum gratia fuisse: non est superuacuum inquirere vtruz fidez et spez sicut charitatē habuerit? Si eniz his

De trib^s hic tractā duz est et prius de fide Ro.12. — caruit non videtur plenitudinem gratiarū habuisse. Ut autem hec questio valeat apertius explicari. de his singulis aliqua in mediuz proferenda sunt: et primum de fide: s̄m mensuram cuius precipit apostolus vnicuiq3 sapere.

¶ Quid sit fides.

Augu. in enchi. — **Fides est virtus** qua creduntur que non videntur. Quod tamen de omnibus que non videntur accipiendum non est: sed de his tantum que credere vt ait Aug. ad religionez pertinent. Multa.n. sunt que si christianus ignoret: nihil metuendum est: quia non ideo a religione deuiat.

¶ Quot modis dicitur fides.

Accipitur autem fides tribus modis .s. pro eo quo creditur et est virtus: et pro eo quod creditur et nō est virtus: et pro eo quod creditur quod aliud est ab eo quo creditur: Unde Augu. inquit. Aliud sunt que creduntur: aliud fides qua creduntur. Illa eniz in rebus sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse dicuntur. Hec autem in animo credentis est: ei tantum conspicua cuius est: et tamen nomine fidei censetur vtrumq3: et illud .s. quod creditur: et id quo creditur. Id quod creditur dicitur fides sicut ibi. Hec est fides catholica quam nisi quisq3 fideliter firmiterq3 crediderit saluus esse non poterit. Fides autem qua creditur si cum charitate sit: virtus est: quia charitas vt ait Ambro. mater est omnium virtutum que omnes informat. sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans per dilectionem virtus est: qua non visa creduntur. Hec est fundamentuz quod mutari non potest vt ait apostolus: que posita in fundamento neminem perire sinit. Unde Augu. Fundamentuz est christus iesus. idest christi fides .s. que per dilectionē operatur per quam christus habitat in cordibus: que neminem perire sinit. Alia vero non est fundamentum. Fides enim sine dilectione inanis est. Fides cum dilectione christiani est. Alia demonis est. Nam et demones credunt et contremiscunt. Sed multum interest: vtrum quis credat christum vel christo vel in christum. Nam ipsum esse christum demones crediderunt: nec tamen in christum crediderunt.

Augu. in ig. lib. de trini. — Ambro. sup eplaz ad Ro. — 1. Cor. 3. — Augu. in li. de fi. ad pe. — Gal. 5. — Eph. 3. — 2. Cor. 15. — Augu. de vbis dn̄i.

¶ Quid sit credere deo: vel deuz vel in deuz.

Aliud est enim credere in deū aliud credere deo: aliud credere deuz. Credere deo est credere vera esse que loquitur. quod et mali faciunt: et nos credimus homini: sed non in hominez. Credere deuz est credere q̄ ipse sit deus: quod etiaz mali faciunt. Credere in deuz est credendo amare: credendo in euz ire: credendo ei adherere et eius membris incorporari. Per hanc fidem iustificatur impius: vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea eniz sola bona opera dicenda sunt que fiūt per dilectionem dei. Ipsa eniz dilectio opus fidei dicitur.

quid sit fides malorum christianorum — Fides ergo quam demones ⁊ falsi christiani habent: qualitas mentis est. Nam ⁊ malos fideꝫ habere cuꝫ tamen charitate careant apostolus ostendit dicēs. Si habuero omnē fidē: (1. Cor. 13) charitateꝫ autem non habuero ⁊c. Que fides etiam donum dei dici potest: quia ⁊ in malis quedam dei dona sunt.

¶ An illa informis qualitas mentis que in malo christiano est: fiat virtus cuꝫ fit bonus.

Si vero queritur. utrū illa īformis qualitas: qua malus christianus vniuersa credit que bonus christianus: accedente charitate: remaneat ⁊ fiat virtus: an ipsa eliminetur ⁊ alia qualitas succedat: que vtus sit? Utrūlibet sine periculo dici potest. Mihi tamen videt: ꝙ illa qualitas que prius erat remaneat ⁊ accessu charitatis virtus fiat.

¶ Ex quo sensu dicatur vna fides.

Cumqꝫ diuersis modis dicatur fides: fatendū est tamen vnā esse fideꝫ: vt ait apostolus
Eph. 4. vnus dominus: vna fides. Siue eniꝫ fides accipiatur pro eo quod creditur: siue pro eo quo creditur: recte dicitur fides vna: si pro eo quod creditur accipiatur. Ex hac intelligentia dicitur vna fides qua idem iubemur credere: ⁊ vnum idēqꝫ est quod creditur a cūctis fidelibus. Unde fides catholica dicitur. i. vniuersalis. Si vero accipiatur fides pro eo quo creditur ea ratione vna dicitur esse fides. Non quia sit vna numero in omnibus: sed genere. i. similitudine.
Augu. Unde Augu. in li. xiij. de tri. Fides: quam illi habent fideles vocantur ⁊ qui non habent infideles: cōmunis est omnibus fidelibus: sicut pluribus hominibus facies cōmunis esse dicitur: cū tamen singuli suas habeant. Non eniꝫ fides numero est vna sed genere. Que cū sit in vno est ⁊ in alijs: non ipsa: sed similis ⁊ propter similitudineꝫ magis vnaꝫ dicimus esse ꝙ̄ multas. Sicut idē volentiū dicitur vna voluntas: cuꝫ tamen cuiqꝫ sit sua voluntas: ⁊ duorū similimodo dicitur facies vna.

¶ Q fides est de his que non videnť proprie que tamen videtur ab eo in quo est.

Notandum quoqꝫ est: ꝙ fides proprie de non apparentibus tantum est. Unde Gregorius. Apparen-
Greg. in Homel. sup Ezechiel. Hebre. 2. tia non habent fidem sed agnitionem. Idem cum Paulus dicat. Fides est substantia rerū sperandarū argumentuꝫ non apparentiū: hoc veraciter dicitur credi: quod non valet videri. Naꝫ credi iam non potest: quod videri potest.
Augu. in xiij. li. de trini. Thomas aliud vidit: ⁊ aliud credidit: hominē vidit ⁊ deum confessus est dicens. Deus meus dominus meus. De hoc etiam Augu. ait.

Fidem ipsaꝫ videt quisqꝫ in corde suo esse si credit: vel non esse si non credit. Non sicut corpora que videmus oculis corporis: ⁊ per ipsorum imagines quas memorie tenemus etiaꝫ absentia cogitamus: nec sicut ea que non videmus. Et ex his que videmus cogitatione vtcūqꝫ formamus ⁊ memorie cōmēdamus: nec sicut hominē cuius animā ⁊ si non videmus ex nostra conijcimus ⁊ ex motibus corporis hominē sicut videndo didicimus intuemur etiam cogitando. Nō sic videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est: sed etiaꝫ tenet certissima scientia. Cuꝫ ergo ideo credere iubeamur qꝛ id qḋ credere iubemur videre non possumus: ipsam tamen fidem quando est in nobis videmus in nobis: quia ⁊ rerum absentiū presens est fides: ⁊ rerū que foris sunt intus est fides: ⁊ rerū que non videntur: videtur fides. Et ipsa temporaliter fit in cordibus hominū: ⁊ si ex fidelibus infideles fiūt perit ab eis. His verbis euidenter traditur fidem ipsaꝫ in corde hominis ab ipso homine videri: non corporaliter: non imaginarie: sed intellectualiter: ⁊ ipsaꝫ tamen absentiū ⁊ coruꝫ qui non videntur esse. Ut enim Augustinus alibi ait. Credimus vt cognoscamus: nō Aug. sup Joannem. cognoscimus vt credamus. Quid enī est fides nisi credere quod nō vides? Fides ergo est qḋ non vides credere: veritas quod credidisti videre. Unde recte fides dicitur argumentū vel conuictio reruꝫ non apparentiū. Quia si fides est ex eo conuincitur ⁊ probatur aliqua esse nō apparētia: cū fides nō sit nisi de nō apparētib⁹.

¶ Descriptio fidei.

Ait enim apostolus fides ē sub- Hebr. 2.
stantia reruꝫ sperandaruꝫ argumentuꝫ vel conuictio non apparentiuꝫ. Quia per fidem subsistunt in nobis etiā modo sperāda: ⁊ subsistent in futuro per experientiaꝫ ⁊ ipsa est probatio et conuictio non apparentiū. Quia si quis de eis dubitet: per fidem probentur: vt adhuc probatur futura resurrectio: quia ita crediderunt patriarche: ⁊ alij sancti. Uel probatio est ⁊ certitudo ꝙ sint aliqua non apparentia vt supra dictū est. Proprie autem fides dicitur substantia rerum sperandarum: quia sperandis substat. Et quia fundamentum est bonorum quod nemo mutare potest.

¶ Si illa descriptio spei conueniat.

Si vero queritur an hec descriptio spei conueniat. sane concedi potest vtrūlibet. Si autem dicatur conuenire: sunt et alia plura qbus differunt fides ⁊ spes: sed non improbe dici potest soli fidei cōuenire non spei quia fides sola fundamentuꝫ dicitur. Non qꝛ fides virtus possit esse sine spe ⁊ charitate. Unde Augu.

Luce. 24.

Augu. in enchi.

de Augu. Fides operans per dilectionē vtiq3 sine spe esse non potest. Nec amor sine spe: nec sine amore spes:nec vtrūq3 sine fide: τ fides sine amore nihil pdest. Potest tamen credi aliquid quod non speratur:nihil autē potest sperari quod non creditur. Ideoq3 credere quod est actus fidei : naturaliter precedit sperare qđ est actus spei:quia nisi aliquid credatur nō potest sperari creditur autem quod non speratur. Inde est quod in scriptura plerunq3 reperitur φ fides precedit spem τ spes sequitur fidē: non φ virtus fidei precedat virtutem spei tempore vel causa:sed quia actus fidei naturaliter precedit actum spei:quod etiam qdam concedunt de ipsa virtute fidei vt naturaliter pcedat spem non tempore. Unde τ recte ea sola dicitur fundamentum omnium virtutum τ bonorum operum. Non autem fundamentū est charitatis: quia non ipsa charitatis sed charitas ipsius virtutis fidei causa est. Charitas enim causa est τ mater omnium virtutum. Que si desit:frustra habentur cetera. Si autem assit habentur omnia. Charitas enim spiritussanctus est vt in superioribus pretaxatum est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum:non ipsius aliqua virtutum causa est:qua omnia munera excellit. Un Augu. Respice ad munera ecclesie:τ vniuersis excellentius charitatis munus cognosces:que vt oleum non potest premi in imo sed supereminet. Non ergo eius causa vel fundamentum fides est. Gregorius tamen super Ezechielē dicit: quia nisi prius fides teneatur nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim charitas fidem:sed fides charitatē precedit: quia nemo potest amare quod non crediderit sicut nec sperare. Sed hoc accipi potest esse dictum de fide:que virtus non est. Ipsa enim spem et charitatem frequenter precedit:vel de actu fidei qui forte naturaliter actum charitatis precedit sicut actum spei. Quod verba premissa diligenter notata innuunt τ ea etiam que addit dicēs. Nisi ea inquit que audis credideris:ad amandum ea que audis non inflammaberis. Que tantum de non visis est:vt ante diximus. Unde Chrys. Fides in anima non facit subsistere ea que non videntur. De quibus proprie fides est de visis enim nō est fides sed agnitio.

(Margin: Quare dr sola fides fundamētum — Aug. sup Joannem — Grego. — Chry.)

Tam vero supra perhabitū sit christū plenū gratia τc̄. Superius determinauit magister de his que concurrunt ad restaurationem humani generis:ex parte restaurantis que fuerūt filij dei incarnatio:in qua fuit restauratio humani generis incohata : τ eius scd̄m naturam humanam passio in qua fuit restauratio humani generis consumata. Hic determinat de his que cōcurrunt ad predictam restautionem:ex parte humani generis reparandi que sunt virtutum adeptio: τ mandatorū obseruatio:τ diuiditur in partes duas. ¶ Primo determinat de virtutibus. ¶ Secundo de mandatis. Distin. 37. ibi [Sz iaȝ distributio decalogi.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo determinat de virtutibus sm̄ se . ¶ Secundo de earum cōnexione. Di.36. ibi. [Solet etiam queri.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo determinat de virtutib9. ¶ Secundo de septeȝ donis spiritus sancti. Di.34. ibi. [Nunc de septē donis.] ¶ Prima in duas. Primo determinat de virtutibus theologicis. ¶ Secundo de cardinalibus. Di.33. ibi. [Post pdicta de quatuor virtutibus.] ¶ Prima in tres. ¶ Primo determinat de fine. ¶ Secundo de spe. Di.26. Est autē spes virtus. ¶ Tertio de charitate Di.27. ibi. [Cū autez christus.] ¶ Prima in tres . ¶ Primo determinat de fide quantum ad eius essentiam . ¶ Secundo quantum ad eius obiectuȝ siue materiam. Di. seq. ibi. [Hic querit si fides.] ¶ Tertio quantum ad eius sufficientiaȝ. Di.25. ibi. [Predictis adijciendum est.] ¶ Prima in tres. ¶ Primo dicta dicendis continuat. ¶ Secundo fidem describit seu notificat. ibi. [Fides enim est.] ¶ Tertio illam notificationē explanat. ibi. [Accipit aūt fides.] Et ista in duas. ¶ Primo explanat qualiter fides est virtus. ¶ Secundo qualiter per eam creduntur que non videntur. ibi. [Notandum quoq3 est.] ¶ Prima in tres ¶ Primo explanat: qualiter fides est virtus. ¶ Secundo comparat fidē informem ad formatam. ibi. [Si vero queritur vtrū illa informis.] ¶ Tertio ostendit in quo sensu cōcedēdū sit fidem esse vnaȝ. ibi. [Cūq3 diuersis modis.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo ostēdit qualiter fides est virtus. ¶ Secundo ponit differentiam inter credere deuȝ τ deo τ in deum. ibi [Sed multum interest.] Pars illa que ibi incipit. Notanduȝ quoq3 diuiditur in partes tres. ¶ Primo explanat qualiter per fidem creduntur que non videntur. ¶ Secundo illam explanationē confirmat per fidei diffinitionem:quam ponit phs. ibi. [Ait.n. apostolus.] ¶ Tertio sup illā diffinitionē mouet quādaȝ dubitationē. ibi. [Si vo q̄rit an hec descriptio spei conueniat.

Circa hanc distinctionem queruntur principaliter octo. ¶ Primo de habētibus in generali. ¶ Secūdo de virtutibus in generali. ¶ Tertio de virtutib9 theologicis i gn̄ali. ¶ Quarto de fide q̄ȝtū ad eius essentiam. ¶ Quinto de fide per comparationeȝ ad suā formam que est charitas. ¶ Sexto de fide per comparationem ad subiectum. ¶ Septimo de fide per comparationem ad scientiam:τ ad suam causam. ¶ Octauo de fide per comparationeȝ ad gratias gratis datas. Circa primum queruntur tria. ¶ Primo vtrum omnis habitus sit qualitas. ¶ Secundo vtrū indigeamus habentibus ¶ Tertio vtrum habitus existentes in anima nostra cognoscamus per eorum actus:aut per species:aut per eorum essentias.

Q̄ō. I.

Q̄ō.I. Argr. p9 Cap.5.

Primo ostendo φ non omnis habitus est qualitas : quia vnū pdicamētum non continetur sub alio : sed sm̄ phm li. pdicamētorū habitus est vnū de decem pdicamētis. ergo non est qualitas. ¶ Item sm̄ phm in presentes. Omnis habitus est dispositio: sed sm̄ eundem.5. metaphy. Dispositio est ordo habentis partes . hoc autem pertinet ad predicamentum situs:ergo non omnis habitus est qualitas . ¶ Item omnis qualitas est res absoluta Est.n. pdicamētū distinctum contra relationē:sed nō omnis habitus est res absoluta. Est enim predicamentum distinctum contra relationem. Sed non omnis habitus est res absoluta:quia aliquis habitus importat ordinem ad actum. sm̄.n. Aug. li. de bono coniugali inter mediū τ finem. Habitus quo qs agit cū opus fuerit. Ordo autem relatio est. ergo nō omnis habitus qualitas est ¶ Item esse principium actus non conuenit:nisi poten

(Margin: Secūdo. Caplo qualiter T.C.24. Tertio — Quarto.)

T.C.17. tie potest. Ponitur enim in diffinitione potentie .5. metaphy. Sed quod ponitur in alicuius diffinitione nulli alij conuenit. Cum ergo aliqui habitus sint actuuz principia: sequitur ꝙ aliqui habitus sint potentie: sed potentia nō est qualitas: quia substantia per se ipsaz est potens. ergo non omnis habitus est qualitas.

In opp^m p^o Capl'o qualit. Secūdo. Eodē capl'o vbi su pra

Contra s̄m p̄hm li. predicamentorū. Una species qualitatis est habitus ⁊ dispositio. Sed omne quod continetur sub specie continetur sub genere. ergo omnis habitus qualitas est. ¶ Item s̄m p̄hm in eodem li. Qualitas est s̄m quā quales dicimur: sed s̄m quēlibet habit^9 quales dicimur. ergo qlibet habit^9 ē q̄litas.

Ad q̄ōnē s̄m mētē propriam

Respondeo ꝙ omnis habitus est qualitas. sicut enim ratio substantie est naturalis ad per se standum: ⁊ ratio quantitatis est naturalis aptitudo ad mensurandū: ita ratio qualitatis est naturalis aptitudo ad modificanduz. Unde sicut omne illud quod natum est per se stare est substantia: ⁊ quod natum est mensurare est quātitas sub ratione qua tale: ita omnis

Nota optime de q̄litatis spēbus

modus s̄m quem res se habet in se ipsa est qualitas: ⁊ si modus ille sit quātitatis in ordine ad substantiam: tunc est in quarta specie qualitatis. Si autem ille modus est substantie in ordine ad sensum vel in ordine ad passiōes diuturnas scientie in tertia specie qualitatis que cōtinet passibiles qualitates ⁊ passiones. ¶ Si autē ille modus est substantie in ordine ad naturales actiones ⁊ passiōes que consequuntur naturalia rei principia: sic est secunda spēs qualitatis in qua continetur naturalis potentia vel impotentia s̄m quas ex naturalibus principijs est facilis vel difficilis ad aliquam actionem vel passionem. Si autem ille modus sit substantie in ordine ad naturaz vel operationem ad quaz non est substantia determinata ex principiorum suorum substantialiuz natura: sic est prima species qualitatis que continet habitum ⁊ dispositionez ¶ Nec intelligendū ꝙ predicte species sint species qualitatis specialissime: sed subalterne. Unde philosophus in p̄dicamētis: aliquādo dicit aliqđ genus qualitatis est: alibi tertia species qualitatis. scꝫ cum ergo omnis habitus sit modus quo est haber in se ipsa vel in ordine ad naturam vel ad operationem eo modo quo antedictuz est.

T.C.25. Omnis habitus qualitas est. Quod autez hec omni habitui conueniat patet per p̄hm .5. metaphy. dicentem ꝙ habitus est dispositio s̄m quaz bene vel male disponitur dispositum aut s̄m se aut ad aliud .i. aut in ordine ad naturā: aut in ordine ad finē .i. opationē ad quā ordinat̄ nā.

Ad p̄mū **Ad primum** in oppositum dicendum ꝙ habitus qui est qualitas dicitur ab habere non s̄m ꝙ aliqua res dicitur aliquid aliud habere: quia sic habere vel est post predicamentum inquantū est respectu cuiuscūqꝫ rei que habetur vel constituit predicamentum. scꝫ quando inter habentem: ⁊ rem que habetur est aliquid medium non actio vel passio: sed aliquid per modum actionis vel passionis: prout. scꝫ res habita est

T.C.25. ornans: ⁊ res que habetur ornata est. Unde dicit p̄hs .5. metaphy. Q̄đ habitus est tanq̄ꝫ actio quedam habentis ⁊ habiti. Unde habentis vestem ⁊ habite vestis intermedius est habitus: sed habitus qui est qualitas dicitur ab habere s̄m ꝙ res aliqua dicitur se habere in se ipsa. Unde talis habitus dicit modum rei s̄m quez se habet in se ipsa vel in ordine ad naturaz vel ad operationē eo modo

Ad scd̄m Dispositio multipliciter accipitur

quo supradictum est. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ dispositio quadrupliciter potest accipi: vno modo pro modo quo res se habet in se ipsa in ordine ad naturam: ⁊ ad quid aliud: ⁊ sic est genus ad habitum ⁊ dispositionem: que distinguitur contra habitum. Alio modo pro dispōne que contra habitum distinguitur que differt ab habitu inquantuz ipsa est de facili mobilis: ⁊ habitus de difficili mobilis: vel quia differt ab habitu: sicut imperfectuz a perfecto. tertio modo accipitur pro quadam positione partium in ipso toto absolute: ⁊ sic dicit aliquam speciez qualitatis vel est eius causa: vt asperitatis vel leuitatis. quarto modo pro dispositione partiuz alicuius totius in loco: ⁊ sic constituit predicamentū situs. ¶ Primo autē modo accipitur dispositio cum dicit philosophus habitus est dispositio. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ omnis habitus est res absoluta q̄ꝫuis in re habente habitum mediante ipso habitu fundetur ordo vel ad naturaz rei vel ad operationem eo modo quo supradictum est: vnde habitus nō est ille ordo: sed fundamentū eius. ¶ Ad quartum dicenduz ꝙ alio modo potentia est principiū actus q̄ꝫ ipse habitus: quia substantia per potentiam agit: sed per habitum aliquo modo inclinatiue determinatur ad aliquam determinatam speciem actuum quos promptē faciliter ⁊ expedite exequitur potentia per ipsum habitum.

Ad 3^m

Ad 4^m.

Q̄ō. II. Q̄ō. II. Argu. p^o

Secundo queritur: vtrum indigeamus habitibus: ⁊ videtur ꝙ non. Potentie rationales nobiliores sunt potentijs naturalibus. Sed potentie naturales ad producendos suos actus determinate: ⁊ faciliter p se ipsos sufficiunt sine habitib^9. ergo multo fortius potentie rationales. ¶ Itez potentie per se ordinantur ad suos actus nō per accidens: sed habitus est accidens cum sit qualitas: vt iam ostensuz est: ergo potentie nō ordinantur ad suos actus mediantibus habitibus. ¶ Item non indigemus his que diminuunt meritum in actu: sed quod diminuit de difficultate actus diminuit de merito: quia difficultas auget meritum in actu cum ergo per habitus diminuatur difficultas in agendo habitus ad agendum non indigemus. ¶ Item sicut aliqua potentia potest esse contrariorum: ita ⁊ habitus vnde dicit p̄hs .5. Ethi. c. 1. Q̄đ potentia ⁊ scientia videtur esse eadem contrariorum. ergo potētia saltē intellectiua hitu scie nō idiget ad itelligēdū.

Secūda.

Tertia.

Quarta

In opp^m Primo

Contra aliquando oportet bene agere ex impremeditato: sed bene agere repente: nisi sit a casu non contingit: nisi per habitum. Unde de forti dicit p̄hs .3. Ethi. c. 9. Q̄đ bene se habet in repentinis periculis per habitum fortitudinis. ergo habitibus indigemus ¶ Itē s̄m p̄hm .1. Ethi. c. 11. Nullus est bonus qui non gaudet bonis operibus: sed gaudere de bona operatione non contingit nisi per habitum. Unde p̄hs .2. Ethi. c. 3. Dicit ꝙ signum oportet facere habitum superuenientez voluptatē vel tristitiā opibus: ergo hitib^9 idigemus.

Secūda.

Ad q̄ōnē s̄m mētē propriam

Respondeo ꝙ habitibus indigemus quantuz ad potentias rationales que sunt intellectus ⁊ voluntas: ⁊ quantum ad irascibilem ⁊ concupiscibilez in parte sensitiua ⁊ hoc ꝓpter plura. ¶ Primo vt nos possimus bene habere in repentinis: vt in arguendo ad hanc partem dictum est: ⁊ propter perfectionem habentis: per quā homo bonus est: etiam ⁊ si actu non operetur. Cum enim vt dicit philosophus li. de som. ⁊ vigi. Impossibile sit nos semper agere: ⁊ semp indigeamus esse boni quando nullus est propter posse agere: quia eadem potentia qua possumus agere bonum possumus ⁊ agere maluz indigemus perfectione habituali per quā boni sumus: etiam non agentes Et etiam propter perfectionem actus qui perfectus non est nisi per habituz bonum: vnde s̄m p̄hm .2. Ethi. c. 5. habitus virtuosus ⁊ habentem perficit: ⁊ opus eius bonuz reddit: ⁊ vt in agendo delectemur: quia đlectatio vt dicit p̄hs .10. Ethi. c. 4. perficit operationem: ⁊ propter cōmensurationem multarum circunstantiarum que concurrunt ad bonaz operationem: ⁊ propter inclinationem potentie ad determinatam operationem per quā faciliter operatur. Et ideo quia potentie naturales naturaliter operant̄: ⁊ ita ex impremeditato ad vnam determinantur operationē ⁊ perfecte

recte exercent eam:si non sit impedimentū: vel defectus in nā. Jō in talibus potentijs habitibus nō indigemus. Silr dico de potentijs sensitiuis nō psuasibilibus a rōne eo φ nālr recte opanf:intellectus ēt respectu eoꝝ ad que determinaf per suaꝫ nām ꝑprie loquendo habitu nō in/ diget:nec volūtas respectu finis vltimi in gñali eo φ ad illum determinaf per nām:nisi forte velis vocare habitū nām intellectus ꝛ voluntatis inquātū per eas determi/ naf ad nālez finis cognitionē ꝛ dilectionē in quos actus exeunt pfecte delectabilr ꝛ facilr:qḋ iō dico ad saluandū
T.C.17. pħm:qui versus finez scḋi li.poste. Ponit intellectū ha/ bituꝫ principioꝝ:ꝛ.6.Ethi.c.4. Numerat ipm inter in/ tellectuales habitus. Certū est tñ φ intellectus ꝛ volun/ tas quātū ad illos actus respectu finis ad quos nō deter minanf p nām habitibus indigent vt inferius declabif.

Ad pᵐ **Ad primum** I oppᵐ dōꝫ φ potētie nāles hītib⁹ determinātibus nō indigēt:qꝛ ex se ipsis ad actus suos determinate sūt i nec hoc est qꝛ sint maioris dignitatis q̄ꝫ potentie rōnales. Ex minore.n.ea/ rum dignitate pueniu:inquātū ad pauciora se extendūt.
Ad scḋm ℂ Ad scḋm dōm φ potentie nō dicunf: per se ordinari ad suos actus:qꝛ nō indigeant aliquo accñte ad suū actū exercēdū. Multa.n.itelligimus q̄ itelligere nō possemus nisi p eorū silitudines:q̄ ſm aliquos sunt q̄dā accñtia in itellectu. Sꝫ iō p se dicūf ordinari ad suos actus:qꝛ act⁹ illi nō eliciunf ab aliquo per se cui ipse potentie accidūt: sicut dicimus φ medicus edificat per accñs:qꝛ per se edi ficare est ab edificatore cui accidit esse medicū. Pōt etiā dici φ ꝛ si potentia per se possit in essentiam actus:nō tñ sub quocūqꝫ modo:qꝛ pfecte delectabilr ꝛ facilr in ipsuꝫ non pōt:nisi mediante accñte:qḋ est habitus. ℂ Ad ter
Ad 3ᵐ tium cum dr̄ φ difficultas auget meritū in actu:ꝛ faci litas diminuit:dico φ verū est de facilitate ꝛ difficultate ex parte actus:nō aūt de facilitate que est ex pte habitus operantis. Quanto.n.homo hꝫ charitatē maiorē:tanto facilius facit opa charitatiua magis meref. ℂ Ad quar/
Ad 4ᵐ tuꝫ dōm alio modo intellectus pōt esse ꝯrioꝝ q̄ꝫ scia. In tellectus.n.pōt esse respectu actuū ꝯrioꝝ qui sunt ꝯside/ rare recte:ꝛ nō recte vel scire ꝛ ignorare:sꝫ scia ꝛ si possit esse respectu obiectoꝝ ꝯrioꝝ nō tñ respectu ꝯrioꝝ actuū Non.n.per sciam possumus ignorare:habitus autē ptis affirmatiue per vnū actum in spē:nō pōt esse respectu ꝯ rioꝝ obiectoꝝ:q̄uis.n.per charitatē diligamus bonū:ꝛ odiamus malū:isti tñ actus nō sunt eiusdem speciei:sunt tamen consequenter se habentes. Qō. III.

Qō. iii. Argr̄. pᵒ Per eēn tias **Tertio** querif:vtruꝫ cognoscamus habit⁹ exñtes i aīa nr̄a per eoꝝ actus:aut per spēs:aut per eoꝝ essentias:ꝛ vr̄ φ per eoꝝ essentias ſm Augu.10.de trini.c.9. Aīa non ob aliud statim cognoscit se ipsam q̄ꝫ eo quo sibi pñs est:er/ go cuꝫ habitus exñtes in ea:sibi sint pñtes: vr̄ φ eo ipso
tus gradus est: cum aliqua veritas repꝛesentatur per spe
cies intelligibiles et infunditur lumen quo certissime iu
dicat intellectus de veritate repꝛesentata per illas absqꝫ
omni exterioꝛi adminiculo facti: vl' dicti: vel imaginarie
visionis que est in vigilia: vel sõno: et hoc modo pꝛophe/
tauit Dauid sm Cassiodorum in glo. in pꝛincipio psalte
rij. Unde dicitur eximius pꝛophetarum. Unde in com/
mendatione prophete eius dicitur. 2. Reguꝫ. 23. Mihi
locutus est fortis israel dñator hominum: iustus dñator
in timoꝛe dei: sicut lux auroꝛe oriẽte sole mane absqꝫ nubi
bus rutilat. ¶ Primus gradus potest esse vigilãdo: vel
doꝛmiendo: sed sm Augu. 12. super Gene. inter pꝛincipi
um et medium: ille gradus pꝛophetie: est diminutissimũ
quid in genere prophetice cognitionis: ita vt non debe/
at dici reuelatio prophetica: nisi sꝫ quid. Unde secũdus
gradus: multo est altioꝛ illo. Unde Augu. vbi pꝛius qui/
bus signa per aliquas rerum similitudines coꝛporalium
demonstrabantur in spiritu: nisi accessisset mentis offici
um: vt etiam intelligerẽtur: nondum erat propheta ma/
gisqꝫ propheta erat: qui interpꝛetabatur ꝙ alius vidisset
q̃ ipse qui vidisset. Unde apparet magis ad mẽtẽ ꝑtine
re ꝓphetiã: q̃ ad istũ spũm: q modo quodã ꝓprio vocat̃
spũs sctũs vis aie q̃dã mẽte ĩferioꝛ: vbi coꝛporaliũ rerũ si
militudines exꝑmunt̃. Itaqꝫ magis fuit Joseph ꝓpha: q
ĩtellexit: qd significarẽt septem spice: et septem boues q̃
Pharao qui eas vidit in somnijs. ¶ Terti9 gradus duo
bus pꝛedictis altioꝛ est. Unde Augu. vbi pꝛius. Maxi/
me est propheta: qui ita ꝑcellit: vt videat ĩ spiritu coꝛpo/
raliũ reꝝ significatiuas siĩtudines: et eas viuacitate mẽ/

Sustẽtat ꝑmã opinionem quaꝫ magis approbat.

Multiplex prophetice cognitionis gradus.

Magis ꝓpha Joseph: q̃ pharao

tis itelligat: sicut Danielis excellētia pbata ē: qui regi ꝛ somnium qd viderat dixit ꝛ quid significaret aperuit: ipse quippe corporales imagines in spiritu eius fuerūt expsse ꝛ earum itellectus reuelatus in nocte. ¶ Quartus gradus ē omnibus alijs dignior: sm Cassio. in pncipio psalterij i glo. ꝛ p illuz ostēdit mens pphete sublimior: sicut in doctrina humana discipulus ostēdit esse melioris itellectus qui veritatem itelligibilem nude pbatam a doctore itelligere pōtq̄ ille qui idiget ad itelligēdum eam p exempla sensibilia manuduci. Unde cuz dicit Augu. vbi pus illum maxime esse pphetam qui ꝛ reruz similitudines imaginatione videt: ꝛ quid significēt itelligit hoc dixit hūc gradum comparādo ad alios duos pmos nō ad istum quartum hac distinctione psupposita pōt dici.

Ad pmā in opp^m.

Ad primum ɔtra opinionem pmaz: q̄ quāuis homo nāli inuestigatione possit deuenire in cognitionem futurorum que habēt causam determinatam: ꝛ necessariam: qua de causa a vulgo illaz cām ignorāte quādoq̄ propbare dicātur: tn̄ nullus gradus pphetice cognitiōis inest homini a nā: q: quilibet gradus cognitionis pphetice ē respectu eoꝝ quorum cognitio trāscēdit hominis nālem facultatem: q̄uis quidam ex nā sua aptiores sint: ceteris paribus: ad recipiendum illustrationem ppheticam: q̄ alij: deus tn̄ cum sit illimitate potētie illustrationem ppheticam ꝛ dispositionem ad eaz ifundere pōt homini: qui ad hoc minus dispositus ē ex nā q̄ nō ifundit illi qui ad hoc magis dispositus ē ex natura dicēdum ergo ad auctoritatem Grego. q̄ quādo anima abstrahit a corporalibus aptior ē ad percipiēdum latētes motus: qui ex impressionibus cāruꝫ nālium in imaginatione efficiunt a quoꝝ pceptione impedit aīa: cum circa sensibilia fuerit occupata: ꝛ ideo q: appropinquāte sui separatione a corpore icipit a corporalibus abstrahi: pcognoscit subtilitate sue nature quedaz futura habētia tn̄ cās nāles: q̄uis latētes animam circa sensibilia occupatā: ꝛ etiam quedam futura ɔtingētia: nō tn̄ sua nāli virtute: sed p supnālem reuelationem ad quā suscipiēdam reddit aptior cum a corpore icipit separari.

Ad 2^m.

¶ Ad scdm cum dicit: q̄ nobilius ē lumē qd ē virtus: q̄ illud qd nō ē virtus: pōt dici q̄ non oportet hoc esse verum: nisi ponātur cetera paria accipiēdo virtutem pprie sm q̄ ē habitus. Illud. n. lumē quo itellectus pauli fuit sublimatus ad vidēdum diuinam essentiā: sicut sancti post hāc vitaz videbūt: sicut dicit Augu. i antepenul. qōne ad Orosium. Nō fuit habitus: q: fuit in intellectu pauli p modum passionis trāseūtis: sicut ē lumē in aere: cū ab ipo valde cito abstrahit isluētia luminaris.

Ad 3^m.

¶ Ad tertium dicēdum: q̄ sm glo. i pn°. psalterij. Prophetia alia ē sm pscietiaz: quā necesse ē omnibus modis impleri etiam sm tenorē verboꝝ: vt Ecce virgo cōcipiet. Alia sm cōminationez: vt. xl. dies sunt ꝛ niniue subuertetur: que nō sm verboꝝ superficiez: sed itelligētie tacite significationem implet: vnde itētio spiritusſancti reuelantis ipsi Jone subuersionem niniue futurā: fuit sub hac cōditione: nisi niniuite a malitia sua ɔuerterent: vt habet ex sacra scriptura Jone. 3. ꝛ. 4. q: tn̄ in pphetica cognitiōe mens mouet a spiritu sancto: sicut a pncipali agēte: quāuis ipsum pncipale agens: nō sit defectiuum: tn̄ mens pphete ē instrumētum deficiēs: ita vt nō possit cognoscere oia: que in factis: aut verbis: aut speciebus imaginabilibus spiritusſanct° repsentare itēdit. Unde Jonas: quāuis in lumine pphetico: viderit niniue destructionez futuram: nisi niniuite corrigerent: tn̄ vt dicit glo. sup illud Isaie. 38. Dispone domui tue: nō legerat q̄ p suam cōminationem acturi essent penitētiam: ꝛ ita misericordiam ɔsecuturi.

Ad 4^m.

¶ Ad quartum dicit q̄ lumē ppheticum ē a deo mediāte angelo ꝛc. dico q̄ secūdus ꝛ tertius ꝛ quartus gradus pphetice cognitionis: nō sunt ab angelo effectiue: nō enim possunt in nostro itellectu lumē imprimere: quo certitudinaliter iudicemus de aliqua virtute cōtingēter futura: nec credo q̄ possint species itelligibiles in nostro itellectu ipmere: vt declaratum est li. 2. distin. 10. ¶ Predicti tn̄ gradus possunt esse ab angelo dispositiue: ꝛ sic exponēda ē auctoritas Diony. allegata: ꝛ hijs ɔcordat glo. sup illud ps. Da mihi itellectum vt discam mādata tua dicēs. Ita dicit angelus itellectum dare homini: vt quisq̄ dicit lumē dare domui cui fenestrā facit: cum eam sua luce nō penetret ꝛ illustret. Sed pmus gradus pphetie: pōt esse ab angelo effectiue. Pōt. n. formare: mediāte aliquo corpore: aliqua verba sensibilia: vel facere facta: vel excitare hominem ad talia faciendum: vel dicendum que sunt repsentatiua alicuius veritatis: cui° cognitio trāscendit nālem hominis facultatem. Pōt ēt species imaginabiles sic trāsponere: vt ab eisdem phātasmatibus ipsa cogitatiua sensibilis alio modo moueat: q̄ ante ppter alium ordinem: qd declaratum est li. 2. distin. 10. Nō credo tn̄: q̄ possit in imaginatiōe nouas species imaginabiles imprimere p quas cogitatiua sensibilis moueret: q: tūc posset facere: q̄ cecus natus imaginaret colorē. ¶ Aliqui tn̄ dicūt idistincte ppheticaz cognitionē in hoie esse a deo: angelo mediāte: dicentes: q̄ quāuis solus deus possit imprimere in volūtatem: angelus tn̄ pōt imprimere in itellectum. Prophetia aūt ē pfectio itellect°. Et satis miror quid isti itendūt: cum ipsi affirmēt itellectum esse nobiliorē volūtate: ex hoc. n. sequit q̄ itellect° min° esset receptibilis ipressionis a creatura q̄ volūtas: vnde pp hoc q̄ aīa ē iferior itelligentia: dicit in cōmēto sup scdam ppositionē de causis: q̄ ē susceptibilior impressionis q̄ itelligētia.

Nō pōt angeli iprimere i imaginatione nouas spēs.

Ad 5^m

¶ Ad qntū dicēdū q̄ itellectus superioris ordinis aliqua pōt nāliter cognoscere: quoꝝ cognitio ē supra nālem facultatem itellectus iferioris ordinis. Intellectus aūt angeli mali p nāz ē superior: q̄ noster itellect°: ꝛ ideo aliqua nāliter cognoscit quoꝝ cognitio ē sup nālē facultatē hois de lege cōi: ꝛ aliqua de illis quādoq̄ reuelat hoi: nō in itellectu ei° imprimēdo lumē: nec spēm itelligibilē: nec i imaginatiōe spēm imaginabilē de nouo cui nunq̄ pcesserit similis i imaginatiōe: nec i se: nec in partib° suis: sꝫ tm̄ significādo: q: ita ē: vel illā veritatem ostēdēdo i aliqb° cāis scōis: q: tn̄ ex nā sua: nō hꝫ futurorū ɔtingētiū certā cognitionē: nec vnq̄ hoi aliqd veruꝫ significat: nisi mala itentiōe: vel vt p apparentiaz alicui° veritatis facilius deducat itellect° ad assentiēdū alij falsitati: ideo illi qb° aliqd p demones reuelat: nō dicunt simpliciter pphete i scriptura: sꝫ cū additiōe: vt pphete falsi: vel pphete idoloꝝ: talē aūt ppheciā esse icōparabilr iferiorē lumine fidei oib° fidelib° certū ē.

Demōes ꝛ si ꝛnōuerint futura: nō tn̄ sūt pphe

Ad 6^m.

¶ Ad. 6^m. dicēdū q̄ sm aplm. 1. ad Corinth. 12. Unicuiq̄ dat manifestatio spūs ad vtilitatē. Unde pphetica cognitio ordinatur ad edificationē ecclesie: ad qd reqrit q̄ ea q̄ pphete cognoscūt ānūciēt. Unde Isaie. 21. q̄ audiui a dño exercituū deo israel. Annūciaui vobis: ꝛ ideo sicut rōne cognitiōis: ppheta pōt dici a phanes: qd ē apparitio eo q̄ eis apparēt ea que pcul sunt a nāli hoium cognitione. Qua ppter in veteri testamento appellabant videntes: ꝛ eos gentiles appellabant vates a vi mentis. Ita sm Isidorū ethi. li. 7. c. 8. Nostri pphete vocant quasi prefatores: q: porro fantur: ꝛ de futuris vera predicant: ꝛ q: ea que supra naturalem hominis facultatē. diuinitus reuelata: homines nō possunt ɔfirmare ratione humana: sed p miracula que diuina virtus facit per orationes eorum: iuxta illud Marci vlti. Predicauerūt vbiq̄ dño cooperante: ꝛ sermonē ɔfirmāte sequētibus signis: ideo operatio miraculoꝝ aliquo modo ptinet ad pphetiaz tanq̄ ɔfirmatio prophetice annūciationis: ꝛ quo ad hoc loquendo de pphetia dictum est q̄ corpus mortuum Helysei pphetauit. Quō aūt gratia faciēdi miracula se habeat ad fidem

Unde pphete dicantur ꝛ q̄o itaq̄ ꝛ gētiles eos appellabant.

Miraculoꝝ operatio ptinet ad pphetiā.

inferius queretur. Questio. II.

Q̄ō.2. Argu.p°

SEcundo queritur vtrum fides sit nobilior q̄ʒ gratia raptus: ⁊ videtur q̄ sic: nobilior ē gratia que non pōt esse: nisi adeo q̄ʒ illa que naturaliter haberi pōt p melodiā: sed ſm phm. 8 politi. c. vit. Melodiarum quedam sunt factiue raptus: ergo nobilior ē fides: q̄ʒ gratia raptus.

Secūdo ¶ Itē nobilior ē gratia que intellectum illuminat q̄ʒ illa que ipsum reddit ignorantem: sed fides intellectum illuminat. Raptus ipsum facit ignorantem. Unde vt habet̄ secūda ad corinth. 12. Cū paulus fuit rapt°: nesciuit vtrum esset in corpore: an extra corpus: ergo nobilior ē fides q̄ʒ gratia raptus.

Tertio ¶ Item nobilior ē gratia que non pōt haberi: nisi diuina potestate: q̄ʒ illa que haberi pōt humana voluntate: sed vt refert Aug. 14. de ciui. c. 24. Fuit quidam sacerdos: qui se rapiebat cum volebat: ergo nobilior ē fides q̄ʒ gratia raptus.

In op^m p^mo.

Contra illa gratia ptinens ad cognitionem nobilior ē qua deus clarius cognoscit̄ q̄ʒ illa qua cognoscit̄ min° clare: sed gratia raptus ptinet ad cognitionem: non ad dilectionem: q: potentiam anime rapi ē ipsam abstrahi a suo naturali modo opandi: vnde rapt° sonat quasi in quādam violentiam: sed voluntas q̄tūcū q̄ diligat supnāliter nō abstrahit̄ a suo modo diligendi nāli. Modus. n. diligendi supnāliter nō tollit: sed complet ⁊ pficit modum diligendi nāliter: sicut charitatiua dilectio pficit nālem. Cū ergo ſm Augu. in antepenul. questione ad Orosium Paulus in raptu sic viderit deū sicut sancti post hanc vitam videbunt: ⁊ p fidem nō cognoscat̄: nisi in enigmate: nobilior ē gr̄a raptus: q̄ʒ fides.

Ad q̄ōnē ſm mentē ppriaʒ

Respondeo q̄ rapi prout ad presens loquimur de raptu: ē anime intentionē ab strahi a particularibus sensibus ad aliqd cognoscēdum qd̄ absq̄ predicta abstractione nō posset cognoscere: vel nō ita bene: huius aūt raptus triplex ē gradus. Unus ē cum fit ex aliqua causa nāli: alius cum fit p virtutem alicuius create substātie intellectualis.

Multiplex raptus gradus.

¶ Tertius cum fit ex virtute diuina imediate. Sed in primo gradu non rapit̄ ad cognoscēdum aliqd cuius cognitio sit totaliter p supnaturalem hominis facultatem: sed ad cognoscēdū aliquid qd̄ absq̄ abstractiōe: homo nō ita bene cognoscere posset quāuis apposita maxima diligētia ⁊ solicitudine. nō. n. icōueniens ē: animam nāliter posse ptingere intentione eius abstracta a sensibus ad aliquā cognitionē: ad quā non posset nāliter ptingere eius intentione a sensib° non abstracta. In secūdo gradu dicunt aliqui aiaʒ posse cognoscere clare ⁊ imediate essentiam substantie intellectualis create: q: anime sic abstracte: sufficit lumen angeli cum sup ipsam irradiās: ad hoc vt essentiam ipsius angeli videat allegātes pro se illud qd̄ dicit Grego. 28. moraliū: nō multum post principium. Lq̄ nō nunq̄ p angelum sic humanis cordibus loquit̄ deus: vt ipse quoq̄ angelus mentis obtutibus presentet̄.

Com̄. 1.

Dicit etiam Cōmentator sup secūdum metaphy. versus principiū q̄ res abstractas intelligere nō ē impossibile nobis sic īspicere solē ē impossibile vespertilioni: q: si ita esset: ociose egisset nā q: fecit illud qd̄ ē in se nāliter intellectum nō itellectum ab aliquo: sicut si fecisset solem nō compreheñsum ab aliquo visu. Ego autem credo q̄ duʒ anima nostra ē corruptibilis corporis actu forma: quātumcūq̄ itentio ei° abstrahat̄ a sensibus p quācunq̄ creatam virtutem: nō pōt clare videre aliq̄ʒ substātiam separatam: p quācūq̄ actionem cuiusq̄ create substātie: qd̄ patet ex dictis li. 2. disti. 10. Animam tamē sic abstractam pōt angelus instruere de aliquibus ad quorum cognitionem: nō posset virtute propria nāli ptingere: etiam sic abstracta: ⁊ de quibus ab angelo nō posset sic istrui nō abstracta. ¶ In tertio gradu possibile ē animam hominis existēte corporis formaʒ ad hoc sublimari: vt deum in essentia videat: sicut sancti post hāc vitam videbūt: quātum ad claritatem videndi nō tamē quātum ad pmanētiam: q: lumen qd̄ deus anime predicto modo abstracte isluit: ad hoc vt deum predicto modo videat: nō ē in intellectu eius habitualiter manēs: sed raptim: sicut toxēs qui raptim trāsit i cōualli bus: ⁊ sicut lumē in aere: cum valde cito subtrahat̄ luminaris isluētia: q: nō pōt anima in predicta visione habitualiter pmanere ⁊ remanere corporis corruptibilis animam aggrauātis forma: nisi forte p nouū miraculum teneret̄ virtute diuina in corpore: dico ergo ad q̄ōnē q̄ cognitio que ē in raptu in primo gradu ⁊ secūdo minus ē nobilis q̄ʒ cognitio fidei. ¶ Cognitio tamē i tertio gradu raptus ē simpliciter nobilior q̄ʒ cognitio fidei: q: ē sine enigmate ⁊ cognitio fidei cum enigmate: ſm quid tñ cognitio fidei nobilior ē inquantum ē per lumē habitualiter in itellectu manēs. Illa autem per lumen quasi raptim per intellectum transiens: vnde pro tāto sic vidēs adhuc reputat̄ vidēs procul in respectu bonorū: ⁊ ideo talis visio nō amittit totaliter rationē prophetie: vnde nō videt̄ gratia rapt° totaliter distinguēda a gr̄a ppħie.

Ad primum in oppositum dicēdum q̄ procedit de infimo gradu raptus quem concedo icorporabiliter minus esse nobilem q̄ʒ sit fides. Ad p^m

¶ Ad secūdum dicēdum q̄ quāuis p raptū anima pauli aliquid ignorauerit: q: in rei veritate nesciuit: vtrū anima ei° fuerit a corpore separata: qd̄ nullo modo ignorāt anime beate: nec ignorabūt post corporum resumptionē: q: visio pauli deficiēs fuit a visione beatorum quātū ad modum vidēdi: tamē p illum raptum anima eius remanens corporis actu forma eleuata fuit ad talem cognitionem in respectu cuius predicta ignorātia: immo vt verius dicam nescientia: nullius ponderis fuit: Predictis concordat Augu. 12. super Genesis longe ante finem: dicens q̄ nisi ab hac vita: quisq̄ quodāmodo moriatur: siue omnino exiens a corpore: siue ita auersus ⁊ alienatus a carnalibus sensibus: vt merito nesciat: sicut apostolus ait: vtrum in corpore: vel extra corpus sit: non in illam rapitur: ⁊ subuehitur visionem. Ad 2^m

¶ Ad tertium dicendum sicut ad primum. Ad 3^m

Questio. III.

Q̄ō. 3. Argt̄. 1.

TErtio querit̄ vtrum nobilior sit fides: q̄ʒ gratia faciendi miracula ⁊ videt̄ q̄ nō: q: gratia faciendi miracula: est nobilior: q̄ʒ sermo scientie: sed sermo scietie ē nobilior q̄ʒ fides: vnde. 1. Corinthi. 12. iter gratias gratis datas. Primo nominat eam apostolus q̄ʒ fidem: ergo gratia faciendi miracula nobilior ē q̄ʒ fides.

Secūdo ¶ Item illa gratia ē maior: qua magis probatur hominis sanctitas: sed per operationem miraculorum magis probatur hominis sanctitas q̄ʒ per fidem: cum multi mali fidem habeāt: ergo maior ē gratia faciēdi miracula: q̄ʒ fides.

In oppositū p°

Contra maior ē gratia: per quā habetur gratia faciendi miracula: q̄ʒ gratia faciendi miracula sed gratia faciendi miracula habetur per fidem: vnde Luc. 17. Si habueritis fidem: sicut granum sinapis: dicetis huic arbori mori: eradicare ⁊ transplantare in mare ⁊ obediet vobis.

Ad q̄ōnē ſm mentē ppriaʒ. Gr̄a faciendi miracula tripliciter accipi pōt

Respondeo. q̄ gratia faciendi miracula extenso eius nomine accipi pōt tripliciter. s. vel pro potentia: per quā gratis ⁊ ex mera liberalitate efficiuntur: vel pro aliquo existente in homine propter quod miracula efficiuntur: vel pro ipsa miraculorū operatione. ¶ Primo modo nobilior est gratia faciendi miracula q̄ʒ fides: q: sic gratia faciendi miracula: est ipsa diuina potentia: que non proprie gratia dicit̄: q: ipsi deo naturalis est: ⁊ idem qd̄ ipse. Sed improprijssime loquēdo vocatur ab aliquibus: gratia faciendi miracula sub ratione qua gratis ex mera liberalitate sua facit mira-

cula ad nostram vtilitatem. ¶ Secūdo modo gratia faciendi miracula est aliquid existens in homine: non sicut qualiter quedam per cuius virtutem homo fit causa effectiua miraculi: nec propter quam semper miracula fiant: ꝛ sic gratia faciendi miracula. Aliquando est perfecta fides: vt tangit argumentum ad partem secundam. Aliquando oratio. Unde vt habetur act. 9. Petrus preposuit orationem cum Tabitā suscitauit. Aliquando est alicuius sancti hominis voluntatis virtus: vt patet act. 5. cum ad nutum petri mortuus est Ananias. Aliquādo simplex hominis verbum: vt patet Josue. 10. cum dixit sol contra Gabaon ne mouearis: ꝛ luna contra vallem hayalon: steteruntqꝫ sol ꝛ luna: tomnia tamen ista reduci possunt ad vnum scilicet ad quandam inspirationem spiritus sancti qua inspirat homini: pro quo deus vult facere miracula: perfectum fidei motum seu orationem seu voluntatis nutuz vel simplex verbum ad que quandoqꝫ sequitur operatio miraculi: qđ tamen non efficitur: nisi p diuinam potentiam: ꝛ hoc modo cum pfectio fidei quādoqꝫ sit illud propter ꝙ deus facit quādoqꝫ pro homine miracula perfectio fidei quandoqꝫ idem est: ꝙ gratia faciendi miracula: ꝛ inspiratio passiua ipsius perfectionis fidei nobilior est ꝙꝫ inspiratio motus orationis seu nutus voluntatis. Inspiratio tamen actiua realiter eadem est: qđ ipse: qꝛ actio intrinseca spiritus sancti: idem est qđ ipse. Si autem accipiatur gratia faciēdi miracula pro miraculoruꝫ extrinseca operatione sic fides nobilior est.

Ad pᵐ **Ad primum** dicendum ꝙ minor est falsa. Sermo. n. sapientie ꝛ scientie est sapiētie vel scientie manifestatio ad ecclesie vtilitatem: per cōuenientem eloquentie modum: quē describit Augu. 4. li. de doct. christia. bene ante medium dicens. Dixit quidam eloquens ꝛ verum dixit: ita dicere debere eloquenteꝫ: vt doceat: vt delectet: vt flectat: vt. s. delectet auditū: nō delectatione vana: sed per ita conuenientem eloquendi modum: vt audiens cum quadam suauitate audiat ea que sunt audienda ad vtilitatem suam: ꝛ fidei promotionem: ꝛ vt doceat. s. intellectum: ꝛ vt flectat. s. affectuꝫ vt velit consentire veritati fidei: ꝛ bone operationi. Unde vides ꝙ sermo sapientie ꝛ scientie subseruiunt fidei: vnde inter illas gratias gratis datas apostolus non semper

Ad 2ᵐ nominat primo illam que est nobilior. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ minor est falsa. Operatio. n. miraculoruꝫ p hoc aliquo modo probat hominis sanctitateꝫ: qꝛ probat eius fidem: vnde magis respiciendum est ad iudicanduꝫ de hominis sanctitate ad bonam eius vitam: ꝙꝫ ad miraculorum operationē: ꝛ dico aliquo modo probat: qꝛ quādoqꝫ ad inuocationem diuini nominis per malos homines deus facit miracula. s. ad confirmationem veritatis fidei quā predicant. Unde Matth. 7. Multi dicent mihi: domine non ne in nomine tuo prophetauimus: ꝛ in nomine tuo demonia eiecimus: ꝛ in nomine tuo virtutes multas fecimus: ꝛ tunc confitebor illis: qꝛ nunꝙꝫ noui vos: qꝛ tamen deus quandoqꝫ facit miracula ad manifestationeꝫ sanctitatis alicuius quem deus vult hominibus preponere in exempluꝫ virtutis. Ideo operatio miraculorum concurrit ad testimonium perfectionis sanctitatis illius: pro quo deus miracula facit presupposita eius bona vita. Quapropter vt dixi principalius respiciendum est ad vitam. Ad argumentum in oppositum patet quid dicendum ex dictis in questione.

Per prauos facit deᵘ qñqꝫ miracula

Circa litteram. [Si. n. hijs caruit: non videt plenitudinem gratiarum habuisse] hoc dicit magister opponendo: sed oppositio fallit: qꝛ quāuis christus non habuerit fidem: nec spem proprie loquēdo: habuit tamen claram visionem: ꝛ securam tentioneꝫ que requirunt gratiam pleniorem ꝙꝫ fides ꝛ spes. [Charitas est mater omnium virtutuꝫ] nota ꝙ fides potest dici mater virtutum: qꝛ concipit: charitas qꝛ conceptū format: humilitas qꝛ formatum nutrit: patientia qꝛ nutritū custodit: modestia qꝛ conseruat disciplinat ꝛ erudit. [Credere in deum: est credendo amare.] ¶ Contra ergo peccator dicendo. Credo in deum mentitur: ꝛ ex consequēti peccat. Omne. n. mendacium peccatū est. ¶ Respondeo ꝙ peccator si hoc dicit in persona talis qualis debet esse: vel hoc materialiter recitans ad laudem dei nō mētitur: nec peccat: sed si in persona propria significatiue: ꝛ sm proprietatem vocabuli diceret hoc mentiretur. [Ipsa. n. dilectio opus fidei dicitur] qđ pro tanto dictum est: qꝛ fides disponit ad dilectionem. [Non. n. fides numero est vna: sed genere] hic accipitur genus pro specie. [Sed eam tenet certissima scientia.] hic accipit fidem pro actu credendi inquantū potest esse: vel a fide infusa: vel a credulitate acquisita: qꝛ nō credo: ꝙ de lege cōmuni: homo possit esse certus se fidem infusaꝫ habere: qꝛ propter similitudinem inter actum fidei infuse ꝛ credulitatis acquisite noster intellectus dum est vnitus corpori corruptibili non potest certitudinaliter vnum ab alio distinguere: ꝛ ideo cum de lege cōmuni in cognitionem habituum nō deuenimus: nisi per actus nō possumus esse certi: de lege cōmuni vtrum habeamus fidem infusam. [Sed charitas ipsius virtutis fidei causa est.] Nota ꝙ nō dicit ꝙ sit causa habitus fidei: sed virtutis fidei: qꝛ vt supra ostēsum est: ille habitus non est plene virtus: nisi sit formatᵘ: sue autem forme cōis causa charitas est.

Fides mr virtutuꝫ.

Dubiuꝫ Rñº.

Peccat peccator dicendo credo in deum.

¶ Qñō intelligiẗ quod scriptum est cum factum fuerit credatis. Distin. XXIIII.

Di. 24. De fide quātū ad eius obiectuꝫ siue māᵐ.

Hic queritur si fides tātū de nō visis est qđo veritas aplis ait. Nunc dico vobis priusꝙꝫ fiat vt cum factuꝫ fuerit credatis vbi innui videtur: ꝙ fides illis fuerit de factis ꝛ visis. Sup quo Augu. mouet questionem ꝛ absoluit ita inquiens. Quid sibi vult: vt cum factuꝫ fuerit credatis? Hec est laus fidei: si qđ creditur non videtur. Nam ꝛ thomas cui dictuꝫ est qꝛ vidisti me credidisti: non hoc credidit quod vidit. Cernebat enim ꝛ tangebat carneꝫ viuentem quam viderat morientem: ꝛ credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat: per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si vero dicuntur credi que vidētur sicut dicit vnusquisqꝫ oculis suis credidisse: non ipsa est que in nobis edificatur fides: sed ex rebus ꝙ videntur agitur in nobis: vt ea credantur que non videnẗ. Ex his aperte intelligiẗ: ꝙ pprie fides nō apparentiuꝫ est. Nec illa est fides qua i christo edificamur qua dicimᵘ vsitata locutione nos ea credere que videmus. Alibi tamen dicit Augustinus. fidē esse de rebᵘ presentibus quod erit in futuro: cum per speciem deum presentē contemplabimur: que tamē non proprie dicitur fides sed veritas. Est igt fides qua creduntur ea que nō videntur. Sed tamē est etiā fides rerum: quando non verbis sed rebᵘ ipsis presentibus creditur. Quod erit cū per specieꝫ manifestā se ꝯtemplandā sanctis prebebit dei

Aug. super Jo.

Joan. 20. Q, ēt de rebᵘ pñti bus dr̄ fi des: sꝫ im proprie.

sapientia

Augu. in li. q. euangelij.

sapientia. Sed non proprie hec dicitur fides, immo fidei merces ad quam credendo peruenitur: vt ex fide verborum transeat iustus in fidem rerum.

¶ Si petrus habuit fidem passionis quando vidit hominem illum pati.

Si vero queritur vtrum petrus fidem passionis habuerit cum hominem christum oculis pati cernebat? Dicimus eum fidem passionis habuisse: non in eo ꝙ credebat hominem pati quia hoc videbat: sed in eo ꝙ credebat deum esse qui patiebatur. Non enim virtus fidei erat ꝙ credebatur homo pati et mori quod iudeus cernens credebat: sed ꝙ credebatur deus esse qui patiebatur. Unde augu. super illum psalmi locum. (Augu.) Rndit ei in via virtutis sue. Laus fidei est non quia credit hominem illum mortuum quod et paganus credit: sed qui credit eum glorificatum et verum deum. Credit ergo fides deum mortuum et hominem glorificatum. Non ergo fuit petro fides credere hominem illum mori quod oculis cernebat. Sed credere deum esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc mereretur: ꝙ credimus hominem illum mortuum quod et iudeus credit: sed quia credimus hominem deum mortuum.

¶ Si aliqua sciuntur que creduntur.

Post hec queri solet cum fides sit non de apparentibus et non visis: vtrum etiam sit de incognitis tantum? Si enim de incognitis tantum est: de his videtur esse tantum que ignorantur. Sed sciendum est: ꝙ cum visio alia est interior: alia exterior: non est fides de subiectis exteriori visioni. Est tamen de his que visu interiori vtcunque capiuntur. Et quedam sic capiuntur vt intelligantur et si non vt in futuro: quedam autem non: quia cum fides sit ex auditu non modo exteriori sed interiori: non potest esse de eo quod omnino ignoratur: que ipsa ad sensus corporis non pertinet: vt ait Augu. dicens. Quamuis ex auditu fides in nobis fit: non tamen ad eum sensum corporis pertinet qui dicitur auditus: quia non est sonus: nec ad vllum sensum corporis: quoniam cordis est ista: non corporis. Quedam ergo fide creduntur: que intelliguntur naturali ratione. Quedam vero que non intelliguntur. Unde propheta: Nisi credideritis non intelligetis. Quod augustinus aperte distinguit. Alia sunt inquit que nisi intelligamus non credimus: alia que nisi credamus non intelligemus. Nemo tamen potest credere in deum nisi aliquid intelligat cum fides sit ex auditu predicationis. Idem in libro de trinitate. Certa fides vtcunque inchoat cognitionem. Cognitio vero certa non perficitur nisi post hanc vitam. Ambrosius quoque ait. vbi fides non statim cognitio: vbi cognitio est fides precedit. Ex his apparet aliqua credi que non intelliguntur vel sciuntur nisi prius credantur. Quedam vero intelligi aliquando etiam antequam credantur. Nec tamen sic intelliguntur modo vt in futuro scientur: et nunc etiam per fidem qua mundantur corda amplius intelliguntur quia nisi per fidem diligatur deus: non mundatur cor ad sciendum eum. Unde augustinus. Quid est deum scire nisi eum mente conspicere: firmeque percipere? Sed et priusquam valeamus perspicere: et percipere deum: sicut percipitur a mundis cordibus: nisi per fidem diligatur: non poterit cor mundari quo ad eum videndum sit aptum. Ecce hic aperte habes quia non potest sciri deus nisi prius diligendo credatur. Supra autem dictum est: ꝙ nemo potest credere in deum nisi aliquid intelligatur. Unde colligitur non posse sciri et intelligi credenda quedam: nisi prius credantur: et quedam non credi nisi prius intelligantur: et ipsa per fidem amplius intelligi. Nec ea que prius creduntur quam intelligantur penitus ignorantur: cum fides sit ex auditu. Ignorantur tamen ex parte quia non sciuntur. Creditur ergo quod ignoratur: sed non penitus sicut etiam amatur quod ignoratur. Unde Augu. Sciri aliquid et non diligi potest. Diligi vero quod nescitur quero vtrum possit? Si non potest: nemo diligit deum antequam sciat. Ubi autem sunt illa tria: fides: spes: charitas: nisi in animo credente quod nondum scit: et sperante et amante quod creditur? Amatur ergo et quod ignoratur: sed tamen creditur.

Margin: Augu. in li. q. euangelij — Augu. — Quod fides nullo capitur sensu — Aug. li. 13. de tri. — Aug. sup octonarium. 10. — Ambro. — Aug. li. 7. de tri. — Quod creduntur et annuntiantur que ignorantur — Augu.

Distin. XXIIII. (Di. 24.)

Hic queritur si fides etc. Superius determinauit magister de fide quantum ad eius essentiam: hic determinat de fide quantum ad eius obiectum: siue materiam: et diuiditur in partes tres. ¶ Primo inquirit vtrum obiectum fidei possint esse visa preterita. ¶ Secundo vtrum visa presentia. ibi. [Si vero queritur.] ¶ Tertio vtrum scita. ibi. [post hec.]

Circa hanc distin. queruntur sex. ¶ Primo queri solet vtrum obiectum fidei sit tantum verum increatum. ¶ Secundo vtrum obiectum fidei sit verum complexum vel incomplexum. ¶ Tertio vtrum fidei possit subesse falsum. ¶ Quarto vtrum obiectum fidei possit esse aliquid visum. ¶ Quinto vtrum aliquid scitum. ¶ Sexto vtrum aliquid opinatum. Questio. I. (Q. i.)

Primo ostendo ꝙ obiectum fidei non sit tantum verum increatum: quia obiectum charitatis non tantum est bonum increatum. Charitate enim diligimus et creatorem et creaturam: ergo a simili obiectum fidei non est tantum verum increatum. (Argu. 1.) ¶ Item quilibet articulus pertinet ad fidei obiectum: sed inter articulos (Secundo) sunt aliqui continentes veritatem creatam: sicut articulus de futura resurrectione: ergo obiectum fidei: non est tantum verum increatum. ¶ Item idem est fidei et infidelitatis obiectum: (Tertio) quia virtus et vicium sibi opposita sunt respectu eiusdem modo opposito. Sed infidelitatis obiectum: non tantum est verum increatum. Credere enim fornicationem non esse peccatum infidelitas est: ergo fidei obiectum non tantum est verum increatum. ¶ Item non tantum est verum obiectum virtutis obiectum mediatum: sed immediatum: et magis: sed verum increatum (Quarto)

nō ē imediatum obiectuʒ fidei. Apostolus. n.1. corinth. 13. dicit de cognitione fidei: qḋ ē per speculum: ꝛ in enigmate. Illud aūt speculum: qḋ est creatura ē imediat⁹ obiectum intellectus ꝙ̃ illud qḋ per illud speculuʒ cognoscitur: ergo obiectum fidei nō ē tm̄ obiectuʒ increatum.

In op^m. pmo Secūdo

Contra Diony. 7. c. de diuinis no. Fides est circa simplicem: ꝛ semp existētem veritateʒ: sed talis veritas nō ē: nisi increata. ¶ Item inter alias differentias inter virtutes theologicas ꝛ morales vna est: ꝙ moralis nō habet deum ꝑ obiecto. Sed pro fine theologica habet deū ꝑ obiecto ꝛ ꝑ fine. Sed fides virtus est theologica: ergo illud verū qḋ ē obiectum illius deus ē.

Ad qōnē ſm mentē ꝓpriaʒ

Respondeo ꝙ de obiecto fidei ɔtingit loq̄ dupliciter: aut de eius obiecto mālr: qḋ est creditum: aut de formali qḋ ē ratio credendi. Primo modo obiectū fidei nō tm̄ ē verum increatū: ſʒ etiaʒ creatum: sic enim esse plura obiecta respectu vni⁹ habit⁹ nō ē incōueniens: nec plures habit⁹ esse respectu eiusdē obiecti. Idē. n. pōt esse creditū p credulitatē acquisitaʒ: ꝛ p fidē īfusam: nec mirū. Uidemus. n. ideʒ scitum posse esse obiectū mālē diuersoꝝ habituū sciētie: verbi grā: per habitū scie nālis scit homo terrā esse rotūdā: ꝛ hoc ideʒ scit alius p habitū scie mathematice formalia tn̄ obiecta que sunt rōnes sciēdi: hoc ē ipsa media: p que ꝓbat̄ p̄dicta ɔclusio sunt spē diūa. Si aūt loqmur de formali obiecto fidei sic dico ꝙ ē tm̄ verū icreatū: q: tale obiectū ē rō credendi cui innit̄ fidelis in assentiēdo vero credito. Illa aūt rō ē tm̄ prima virtus. Quicqd. n. p fidē credimus ideo credimus: q: credimus qḋ pma veritas hoc reuelauit: nec pōt dici ꝙ tale obiectū sit obiectū acqsite credulitatis: sicut patet ex solutione vltimi argumenti penul. qōnis precedentis distin.

Ad pᵐ

Ad primum in oppositū dōʒ ꝙ ꝗ̄uis obiecta mālia charitatis plura sint: tn̄ obiectū formale qḋ ē rō diligēdi nō est nisi vnū. s. bonuʒ increatū. Quicqd. n. p charitatē diligimus: pp illud bonū diligimus.

Ad 2ᵐ ¶ Ad scōm dōm ꝙ pcedit de māli obiecto.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū dōm ꝙ credēs fornicationē non esse peccatū: ideo ē infidelis: q: nō assentit pme veritati dicēti fornicationē esse peccatū.

Ad 4ᵐ ¶ Ad quartū dōʒ ꝙ ibi nō loq̄t apls de pncipali actu fidei q ē assentire pme veritati immediate pp se: sed loq̄t d quadā credēdoꝝ acq̄sita cognitione: de qua ipse dicit ad Ro. 10. Q fides ē ex auditu: quā cognitionē p̄supponit sicut mālē. Actus fidei q ē assentire. Ad hoc. n. ꝙ fidelis p fidē credēdis assentiat presupponit̄ aliqua alia cognitio de credēdis: vt saltē cognoscat: quid ē qḋ dicitur per nomen qḋ etiam nō nisi p speculū: ꝛ in enigmate cognoscit.

Questio. II.

Q̄ō. 2. Argi pᵒ

Secundo querit̄ vtrū obiectū fidei sit verū cōplexū vel icōplexū: ꝛ videt̄ ꝙ icōplexū: q: obiectuʒ fidei ē veritas pma q̄ ē icōplexa.

Secūdo ¶ Itē articuli fidei ɔtenti ī symbolo nō exp̄mūt̄ p modū veritatis cōplexe. Nō. n. dicit̄. Credo ꝙ deus ē pater oipotēs: sed Credo in deuʒ patrem oipotētē: ꝛ tn̄ articuli sunt obiectū fidei.

Tertius ¶ Itē veritas rei: alia ē a veritate enūciabilis: q: ista cā ē istius ſm pħm lib. p̄dicamētoꝝ. Sed veritas rei ē imediatū fidei obiectū: nō ergo veritas enūciabilis: sed verū cōplexū ē enūciabile qḋ dā: ergo obiectū fidei non ē verū cōplexū.

Quarto ¶ Itē nobilioꝛ modo fert̄ itellect⁹ p fidē ī obiectū fidei ꝙ̃ sensus in suū obiectū: sed sensus fert̄ in obiectū suum modo incomplexo: ergo intellectus p fidem fert̄ in ipm creditum modo incomplexo.

In oppositū pmo

Contra Augu. enchi. 20. c. Si tollat̄ assentio fides tollat̄: q: sine assentione nihil credit̄: sed assensus intellectus nō ē nisi respectu complexi: ergo illud verū qḋ est fidei obiectū est cōplexū.

Secūdo ¶ Item ois infidelis errat: sed q̄cūq̄ errat aliqd attribuit alicui qḋ sibi nō ɔuenit: aut aliqd ab eo remouet qḋ sibi ɔuenit: ergo infidelitas est respectu falsi cōplexi: ergo a simili ꝛ fides ē respectu veri complexi.

Ad qōnē ſm mentē ꝓpriā.

Respondeo ꝙ tam verū cōplexū ꝙ̃ icōplexū est obiectū fidei. Uerū. n. incōplexū est ipsa res credita. Trinitas enim ī vnitate ꝛ vnitas in trinitate res credita ē: ꝛ q: existentia rei causa est veritatis enūciationis: ideo enūciationē ipsam rem significātem credim⁹ esse verā: veritas aūt enūciationis: veritas cōplexa est: ꝛ sic obiectū fidei magis est: ꝛ pncipalius ipsa res ꝙ̃ veritas enūciabilis: q: tn̄ assensus nr̄i intellectus nō est nat⁹ ferri sup aliqḋ obiectū: nisi cōponendo vel diuidendo: ideo verū icōplexū credit̄ modo complexo ex parte credentis: rem aūt credere essentiale ē fidei simpliciter: credere aūt enunciabile sub īdeterminata tpis differentia ēt essentiale est: sed credere enūciabile sub certa tpis dīa nō ē essentiale fidei simpliciter: sed fidei sub rōne q̄ est explicita.

Ad pᵐ ꝛ secunduʒ

Duo pma argumēta ad partē pmā ꝓcedunt de obiecto qḋ est res credita.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū dōm ꝙ nō ɔcludit: qn veritas enunciabilis sit obiectuʒ fidei: sed ꝙ res credita p pus ꝛ pncipalius est obiectum eius.

Ad 4ᵐ ¶ Ad quartuʒ dōm ꝙ ꝗ̄uis ceteris paribus nobili⁹ sit appħendere modo icōplexo ꝙ̃ cōplexo: vnde deus mō icōplexo itelligit qcqd itelligit angeli ꝛ hoiem esse substātiā: ꝛ sic de alijs modo icōplexo itelligit: tn̄ q: sensus nō appħendit itrinseca rei: sicut noster itellect⁹: nec ita pfecte: ideo ꝗ̄uis appħendat modo icōplexo albedinē in pariete ꝛ itellect⁹ noster modo cōplexo: tn̄ nobilius appħendit itellect⁹ ꝙ̃ sensus. Uel pōt dici ꝙ sensus nō appħendit cōpositionē vnius rei cū alia. Unde nō appħendit parietē esse albū: sed appħendit albedinē tm̄: noster aūt itellect⁹ appħendendo aliq̄ essentiā absolute apprehendere potest modo incomplexo.

Quicqd de⁹ itelligit mō icōplexo itelligit ēt ꝛ āgeli

Ad pmū in opp^m.

Primum argumentū ad partē aliaʒ ɔcludit ꝙ nō possumus credere obiectuʒ fidei: nisi mō cōplexo: sed ex hoc nō seq̄t̄ qn illud qḋ ē verū icōplexū possit esse fidei obiectū.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad scōm dōm de ipso discredere: sicut de ipso credere: q̄ntū ad cōplexionē ꝛ incōplexioneʒ. obiectū. n. infidelitatis est res discredita quā īfidelis modo cōplexo discredit.

Questio. III.

Q̄ō. 3. Argi. 1.

Tertio querit̄ vtrum fidei possit subesse falsuʒ ꝛ vi ꝙ sic: q: fides credit futurā resurrectionē: sed hoc absolute posset nō euenire: ergo fides credit aliqd: qḋ pōt falsum esse.

Secūdo ¶ Itē p fidem credit̄ corpus xpi esse sub spēbus in altari: sed hoc pōt falsum esse: q: sacerdos pōt in his: que sunt de essentia sacri deficere: ergo p fidē pōt aliqd credi falsuʒ.

Tertio ¶ Itē p charitatē pōt diligi aliqd nō bonū: sicut patet cū p charitatem diligimus aliquem malum quem credimus esse bonum: ergo a simili per fidem possumus credere aliqḋ falsum cuʒ non magis sit obiectū fidei verum ꝙ̃ charitatis bonum.

Quarto ¶ Item per scientiam potest sciri verum ꝛ falsum. vt. n. dicit philosophus. 5. ethi. c. 1. Scientia est eadem contrariorum: ergo a simili per fideʒ potest credi verum ꝛ falsum.

In oppositū pmo Secūdo.

Contra ſm Augu. 1. li. retracta. c. 16. Fides christiana nec fallere: nec falli potest. ¶ Itē Ber. de precepto ꝛ dispen. c. 34. Fides falsa non est fides: sed si fidei posset subesse falsuʒ: fides posset esse falsa: ergo possibile esset: ꝙ fides non esset fides: qḋ falsuʒ est.

Ad qōnē ſm mētē ꝓpriā.

Respondeo ꝙ fidei non potest subesse falsum. Fides. n. non potest intellectum determinare ad credendum aliquid: qḋ non sit consonū formali rationi sui obiecti: quia isti rationi innititur fides in credendo quicquid credit: illa autem ratio vt superius est ostensum: prima veritas est: cui non potest concordare nisi verum. Unde ꝛ si fidelis possit credere aliqd

dere aliquid falsum:hoc non est inquantum fidelis: q̄a hoc nō potest per fidem:sed per opinionē vel suspitionē quā ipse vel alia creatura sibi formauit.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositū dōm ꝙ quāuis resurrectio mortuoꝝ absolute posset nō euenire:nō tñ est hoc possibile per cōparationē ad diuinā prescietiā:cui fides innititur. Fides enī illuminat intellectū nr̄m ad assentiēdum vero ſm illustrationē diui-
Ad 2ᵐ ne sciētie:que falsa eē nō pōt. ❡ Ad scōm dōz:ꝙ p fidē credit christi corpus esse sub speciebus in altari si pacta sunt oīa que ꝯcurrunt ad essentiā sacramēti:ꝛ hoc semp est verū:nō oportet tñ ꝙ fidelis qñ adorat semper habe-
Ad 3ᵐ at istam conditionē in cogitatione actuali. ❡ Ad tertiū dōm ꝙ per charitatem non pōt diligi aliquid nō bonū. Unde qñ diligo aliquē qui nō est bonus:si ipsum diligo per charitatē non diligo in eo nisi bonum:sicut enim dicit Augu.8.de tri.c.6. Qui amat hoies:aut ꝙ iusti sunt: aut vt iusti sint amare debet. Amare aūt peccatorem ad hoc vt iustus fit nō est amare nisi bonum:ꝗ iustitiā que est bonū aptat natura peccatoris que bonitate nāli bona
Ad 4ᵐ est. ❡ Ad quartum dōm:ꝙ nullo modo pōt sciri falsuꝫ
T.c.5. sicut enī dicit pħs.j.posterioꝝ. Non pōt sciri ꝙ diameter sit symmiter:sciri tñ pōt aliqd esse falsum:sed hoc sci-
Scire fal re nō est scire falsum sed verū. Falsum enim esse falsuꝫ ve-
suꝫ eē fal rū est. Unde cum dicit pħs ꝙ eadem scia est contrarioꝝ
sū:veꝝ ē. nō est intelligendum de oppositis que sunt verum ꝛ falsum:sed de contrarijs quoꝝum quodlibet importat aliquam veritatem.

Q̄ō.4. Questio. IIII.

Quarto Queritur vtrū obiectum fidei possit esse aliquid visum visiōe sensibili:ꝗ vtrū fides possit stare cū clara vi-
Argu.pᵒ sione intellectuali infertius tangetur. Et videt ꝙ obiectū fidei possit esse aliquid visum visione sensibili:vt enī habet Jo.20.dicit saluator thome. Quia vidisti
Secūdo me thoma credidisti. ❡ Item vt habet actuum pᵒ. Discipuli viderūt christum ascēdentē in celū:ꝛ tñ christum
Tertio ascēdisse in celū articulus fidei est. ❡ Itē beata virgo experimētaliter sciuit se cōcepisse sine virili semine:ꝛ tamē
Quarto ipsum sic cōcepisse creditum est. ❡ Itē de re sensibiliter audita habetur fides:vnde ad Ro.x. Fides ex auditu:
Quinto. ergo a fili de re sensibiliter visa. ❡ Itē visio sensibilis nō determinat intellectū ad assentiēdum de necessitate rei visie. De re enī visa dubitari pōt. Unde de discipulis dicit Matth.14.ꝙ vidētes christū supra mare ambulantē timuerūt dicētes ꝙ phantasma est:sꝫ cognitio que non determinat intellectum ad assentiendū de necessitate rei cognite nō euacuat fidē respectu illius rei:ergo fides potest esse de re cognita sensibili visione.

In oppositum pᵒ **Contra** ſm apl̄m ad heb.xj. Fides est respectu non apparētium:sed visa sensibili visione sūt ap-
Secūdo parentia:ergo respectu eoꝝ nō est fides. ❡ Itē Augusti. de vidēdo deo nō multū longe post principium. Presentia vidētur.credunt absentia:ꝛ quasi statim post dicit ꝙ presentia illa:hic intelligamus dicta que presto sunt sensi-
Tertio bus:siue aīe:siue corporis. ❡ Itē actus fidei est difficilis ꝛ volūtarius. Assentire aūt rei sensibiliter vise facile est ꝛ necessariuꝫ:ergo respectu sensibiliter visi nō ē fides.

Ad q̄ōnē ſm mentē ppriā. **Respondeo** ꝙ visa visione sensibili rōne huiꝰ ꝙ visum est nō pōt esse obiectū fidei sicut bene ostēdunt rōnes facte ad hāc partem cui cōcordat Aug.super illud Jo.14. Si abiero ꝛ preparauero vobis locum dicens in glo. Fides que non videt credit: nā si videt nō est fides:ꝛ hoc rōnabile est:de rōne enim fidei est esse cū enigmate respectu rei nō apparētis. Quod aūt sensibiliter videt quātū ad illud quod videtur clare ꝛ presentialiter cognoscitur. Quia tñ aliqua res ſm aliquid sui sensibiliter pōt esse visa:ꝛ ſm aliud non sicut apparet in christo. Uisu enī thomas apprehēdit ipsum hominez: non tamen vidit sensibiliter illum hominem esse deū:similiter discipuli illum hoiem sensibili visione viderunt ascendētem in celum. Sed sensibiliter nō viderunt eū esse deum qui ascendebat. Unde thomas per fidem illū quē videbat deū cōfessus est:dicēs dn̄s meꝰ ꝛ deꝰ meꝰ. Discipuli etiā illum quē ascendētem viderunt deū esse p fidē crediderunt. Beata etiā virgo illum quē experimēto certo sciebat se cōcepisse sine virili semie per fidē credidit esse deū. Articulus autē de ascensione christi in celū est:ꝙ filius dei hō ascendit in celum. Similiter articulus de cōceptione est ꝙ filius dei inquātū hō fuit conceptus per spiritum sanctum in vtero virginis. Unde idē ſm aliqd sui pōt esse sensibilē visum:ꝛ ſm aliud creditū. Ad tria argumēta
Ex dictis patet solutio ad tria prima argumēta ad partē priuā. ❡ Ad quartū dōm:ꝙ obiectuꝫ auditus sunt ipse Ad 4ᵐ
voces respectu quaꝝ nō est fides:sed respectu reꝝ signatarum per voces que res nō sunt obiectum ipsius auditus. ❡ Ad q̄ntum dōm:ꝙ maior falsa est accipiēdo visuꝫ Ad 5ᵐ
respectu sui pprij obiecti circa quod nō decipit ſm pħm scōo de aīa:sed respectu sui obiecti per accidēs:quod est res colorata aut vbi rei colorate respectu cuius obiecti sensus decipi pōt:ꝛ sic maior argumēti vera est. Unde qñ discipuli viderunt christum ambulātē supra mare:si tam clare viderunt nō dubitauerunt de homie quod spectabat ad pprium obiectum visus ipsius:sed de hoc qđ spectabat ad obiectū per accidens.s.de substātia illius queꝫ sic coloratum ꝛ figuratū videbāt:ꝛ ſm hūc modum vel lēt aliq forte dicere ꝙ assensus quo assentiebāt discipuli post christi resurrectionē illum quē videbāt esse illū eundē in numero quē pati viderāt poterat esse p fidem:hoc enim non spectabat ad pprium obiectum ipsius sensus. Uel pōt dici ad argumentum:ꝙ ꝗ nox erat ipsum clare nō videbāt qñ dixerunt:ꝙ phātasma est. Argumēta ad partē aliam pcedunt de sensibiliter viso quantū ad illud quod sensibiliter visum est:ꝛ sic bene concedo ꝙ nō est obiectum fidei.

Questio. V. Q̄ō.5.

Quinto querit vtrum obiectum fidei sit aliqd scitum. Et videt ꝙ sic per Argt pᵒ
fidem aliquis homo simplex assentit isti veritati:ꝙ deus est vnus:hoc tñ a multis scitur ꝙ certa demōstrationē:ergo idē pōt esse scitum ꝛ creditū.
❡ Itē simul sunt respectu eiusdē cognitio sensitiua ꝛ in- Secūdo
tellectiua:ꝗ sensitiua ordinatur ad intellectū sed cognitio fidei ordinat ad cognitionez scie:ꝗ credere disponit hoiem ad intelligēduꝫ credita:ergo respectu eiusdē pōt esse fides ꝛ sciētia. ❡ Itē Augu.14.de trini.c.j.dicit ꝙ Tertio
fides saluberrima que ad verā beatitudinē ducit scientia gignitur nutrit defendit roboratur. hoc autez includit respectu eiusdē posse esse sciam ꝛ fidem. ❡ Itē felicitas Quarto.
aiarū a nobis credit per fidē:sed ſm Auicē.9.metaphy. T.c.5.
c.septimo. Felicitas ꝛ miseria aiarū apprehendunt intellectu ꝛ argumentatione demōstratiua. Cum ergo ſm pħm.j.poste. Demōstratio sit syllogismus faciēs scire respectu eiusdem pōt esse fides ꝛ scientia.

Contra ſm pħm.j.poste. Simul idem scire ꝛ opinari nō cōtingit:ꝗ opinari est apprehendere In oppositū pᵒ
nō sub certitudine:scire aūt est apprehēdere sub certitu- T.c.44.
dine:ergo sir cū credere sit apprehēdere nō sub certitudine cū quātū ad hoc sit infra sciam ꝯstituta:vt supertius habitū est:nō est possibile idē simul credi ꝛ sciri. ❡ Iteꝫ Secūdo
ſm Greg.in quadā homel.super illud Jo.20. Thomas vnus ex duodecī:que apparēt fidē nō habēt:sed agnitionē:ergo respectu illoꝝ respectu quoꝝ est sciētialis cogni- Tertio
tio non est fides. ❡ Item ea respectu quorum est fides excedūt facultatē nostre nālis cognitionis. vnde vt ostē sum est. Fides haberi non pōt nisi per supnaturalem illustrationem:sed ea respectu quorum est scientia non transcendunt facultatem nostre naturalis cognitionis:ergo

scita non sunt credita nec econuerso.

Ad qōnē ſm mentē ppriā.

Respondeo ꝙ scitum ab vno potest esse obiectū fidei in alio. Beati enim oēs articulos fidei sciunt q sunt obiectum fidei nostre. Silr scitū ab vno prius potuit esse creditū ab eodem sicut homines beati articulos: quos modo sciūt prius in hac vita crediderūt. Quidā etiā in hac vita aliqd credūt quod alij sciūt. Verbi gratia. Deuz esse creditur a simplicibus. Unde augu. xj. de ci. c. iiij. Deū esse credimus. Hoc tñ ab aliqbus demōstratione scitur pcedēte ex principijs per se notis: quo ad nos per nostrū lumen nāle: vel saltē per aliqd lumen supernaturale quo nō tñ posset demonstrari deū esse: sed deum esse trinum ⁊ vnū. Cum eniz dicat Ricar. j. li. de tri. c. 4. Ad quorumlibet explanationem que necesse est credere non modo pbabilia: sed etiā necessaria argumēta nō deesse quāuis illa iterum ptingat nr̃az latere industriā: posset nobis a deo infundi supernaturale lumē quo veritates alique vltro se offerrēt intellectui nr̃o per quas possemus deū esse trinum ⁊ vnum necessaria ⁊ euidenti etiā quo ad nos rōne pbare. ¶ Idē etiam ab eodē hoīe in hac vita primo pōt esse creditū ⁊ postea per demōstrationē scitum. Dico tñ ꝙ si aliqd sic scitum per demōstrationē pcedētē ex pncipijs per se notis: quo ad nos ita ꝙ vltro se offerāt intellectui nostro illud vl̃e ⁊ ſm idē non pōt simul ab eodez hoīe esse creditum si accipiātur scire ⁊ credere ſm actum: qr impossibile est ꝙ intellectus actu assentiat vni ⁊ eidē veritati de necessitate ⁊ nō de necessitate simul: sed qr per demōstrationē in via non possimus scire aliqd creditū tali sciētie que perfecte tollat omne enigma: sicut facit visio patrie. Ideo mihi videtur dōm ⁊ pbabilr ꝙ in via aliqd pōt esse a nobis simul scitū ⁊ creditū ſm habituz: nec eni inconueniens est ꝙ respectu alicuius veritatis scire habeamus habitum quo illaz crederemus si eā nesciremus: ⁊ quo possumus exire in actū credēdi qn̄ nō sumus in actu sciendi.

Ad pᵐ

Ad 2ᵐ

Ad primum ad partē primā dōm ꝙ non plus pcludit nisi ꝙ aliquid creditum ab vno pōt esse scitū ab alio: ⁊ hoc est verū. ¶ Ad scōm dōm: ꝙ actus cognitionis sensitiue nihil includit repugnās actui cognitionis intellectiue: sed actus credendi includit aliquid repugnās actui sciēdi respectu eiusdem veritatis: qr assentire alicui veritati de necessitate: ⁊ eūdē intellectū assentire nō de necessitate illi eidē veritati inter se repugnant. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ ibi nō loquit Augu. de sciētia habita per demōstrationē procedētē ex pncipijs per se notis quo ad nos que de necessitate facit assentire rei scite: sed loqtur de scia acquisita ex principijs pbabilibus que intellectū infidelis nō necessitant quāuis manuducāt. ¶ Ad quartū dōm: ꝙ felicitas aīarū inquātū est a nobis credita nō habet per demōstrationem pcedētē ex principijs per se notis quo ad nos: vnde nec ipse Auicē. illā felicitatē ſm ꝙ est a nobis credita: cognouit. ¶ Preterea p illud argumētum nō cōcluderet nisi ꝙ aliqd ab vno possit esse scitū quod ab alio est creditū vel ab eodem alio tempore.

Ad 3ᵐ.

Ad 4ᵐ

Ad pᵐ in opᵐ.

Ad primum ad partē aliam dōm: ꝙ idē potest esse opinatum ab vno: ⁊ scituz ab alio: vel ab eodē diuersis tēporibus: vel eodē tempore secūdum tñ aliud ⁊ aliud: sed ꝙ aliqd ſm idem sui ab eodē intellectu simul sit actualiter scitum ⁊ opinatum impossibile est: ⁊ ego similiter cōcedo: ꝙ impossibile est eūdē intellectū simul esse in actu sciēdi ⁊ credēdi respectu vnius obiecti: ⁊ ſm idem: magis tñ repugnat actui sciendi actus opinādi ꝙ̄ actus credēdi: qr fides assentit alteri parti sine opposite partis formidine. Qui aūt opinatur assentit vni pti cū opposite partis formidine. ¶ Ad scōm dōm: ꝙ procedit vel de his que videnť visione sensibili vel si pcedit de viso ſm scientiā vie accipitur ibi si deo pro actu credēdi: ita vt velit dicere Grego. ꝙ actus credēdi ⁊ actus sciēdi in eodē itellectu nō sunt simul respectu eiusdē obiecti ⁊ ſm idē. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ quedā sunt antecedētia ad articulos fidei que omnes articuli presupponūt: vt deū esse ⁊ ipsum vnū esse: ⁊ quedā cōsequūtur articulos fidei: vt ea que per articulos pbātur: cur ergo dī ꝙ ea que creduntur excedūt facultatē nostre naturalis cognitiōis: hoc nō est itelligēdū de his que articulos antecedūt nisi pro tāto dicas excedere: qr per naturā nō possumus ea cognoscere cognitione excludente omne enigma sicut facit visio patrie. Pōt etiā dici ꝙ ⁊ si ipsi articuli nō possint a nobis sciri per lumen naturale possent tamē a nobis sciri etiā in hac via per aliquod lumē supernaturale quod deus in nobis infundere posset si vellet. ¶ Ad quartū dōm ꝙ pcedit de actu sciendi ⁊ credendi in eodem intellectu respectu eiusdem obiectus ⁊ ſm idem ⁊ in eodem tēpore.

Ad 2ᵐ

Ad 3ᵐ

Ad 4ᵐ

Questio. VI. Qō. 6.

Arg. 1.

Sexto Querit vtrū obiectū fidei possit eē aliquid opinatum. Et videť ꝙ sic ſm Ansel. monol. c. j. Aliqua que necessarium est credere ratione possunt persuaderi. Sed rō persuadēs est pbabilis: ergo fides secum compatitur pbabilē rōnem. Cū ergo probabilis ratio generet opinionē: videť ꝙ fides ⁊ opinio possint esse respectu eiusdem. ¶ Itē fundamēto christiane religionis nō repugnat aliquid in hac via quo solet corrigi cōsuetudo praua: sed ſz augu. 3. de libe. arbi. longe ante mediū. Solet recta opinio prauā corrigere psuetudinē: ergo cū fides sit fundamētum christiane religionis simul pōt stare cū fide respectu eiusdē opinio recta. ¶ Itē ad eādē cōclusionem pōt haberi mediū pbabile: ⁊ medium necessariuz ⁊ per se notū: sed primū mediū generat opinionē: secūdum mediuz generat sciētiā: ergo respectu eiusdem simul possunt esse scia ⁊ opinio: sed fides magis concordat cū opinione ꝙ̄ scientia cū sit media inter eas. Est enim supra opinionez ⁊ infra sciētiā cōstituta: ergo magis pōt se cōpati opinio cū fide ꝙ̄ cū scientia etiam respectu eiusdem.

Secūdo.

Tertio.

In opᵐ primo.

Contra Bernar. 5. lib. de considera. c. 5. Opinio nihil certi habet. ⁊ parum post opinio si habet assertionē temeraria est: sed per fidē intellectus certitudinaliter ⁊ assertiue sine aliqua temeritate adheret credito: ergo respectu eiusdē nō pōt simul esse fides cū opinione. ¶ Itē opinās innititur rōni pbabili pncipaliter credēs aūt per fidē innititur pncipaliter prime veritati. Sed ista simul stare nō possunt: vt aliqs assentiat alicui veritati innitēdo principaliter prime veritati ⁊ innitendo principaliter pbabili rōni: ergo respectu eiusdē nō cōpatiūtur se fides ⁊ opinio in eodem.

Secūdo.

Ad qōnē ſm mētē aliorū ħ ma.

Ad istam questionem dicunt aliqui: ꝙ duplex est opinio. Una est acceptio vnius partis cum formidine alterius: alia quecūqz acceptio ex probabili ratione causata. Prima in eodem intellectu: ⁊ respectu eiusdē obiecti nō pōt simul stare cū fide: qr credēs adheret vni parti sine alterius formidine: sed secunda opinio simul pōt stare cū fide: qr ad ea que fidei sunt possunt rōnes pbabiles haberi. ¶ Sed cōtra hoc arguunt aliq sic opinās inquātū opinās non est certus de veritate quā opinatur: quia inquantum opinans rōni pbabili innititur que nō facit certitudinē. Qui aūt nō est certus de aliqua veritate de illa non dubitat: ⁊ qui de vna parte dubitat formidat: ne pars opposita sit vera: ergo oīs opinio ē acceptio partis vnius cū formidine partis alterius. huic etiam cōcordat Ber. 5. de cōside. c. 6. ꝙ opinio falli pōt: ⁊ ꝙ opinio ambiguū habet ⁊ ſm sententiā phi. j. poste. de ratione opinionis est ꝙ ille q opinatur estimet rē posse aliť se habere. Et ideo mihi videť dōm ꝙ quāuis respectu diuersoꝝ obiectoꝝ possit simul esse in eodē intellectu fides ⁊ opinio ⁊ in diuersis

Contra opᵐ

T. c. 44.

Ad qōnē ſm mētē propriā.

in diuersis intellectibus respectu eiusdez obiecti ꝛ in eodē intellectu diuersis tēporibus: tñ in eodē intellectu respectu eiusdē obiecti ꝛ ſm idē nō possunt simul esse actus opinandi ꝛ actus credēdi: qꝛ de ratione actus credendi est assentire veritati credite sine alterius partis formidine: qꝛ sicut dicit Ber. 5. de cōside. c. 6. Fides ambiguum nō habet: aut si habet fides nō est vnde credēs ita determinare assentit veritati credite ꝙ tenet hoc impossibile aliter se habere per cōparationē ad pmā veritatez cui innititur. De rōne aūt opinionis est: ꝙ ille qui opinatur rei opinate assentiat cū alterius partis formidine vt superius ostēsum est: nō est aūt possibile ꝙ idē intellectus eidē veritati assentiat cū formidine ꝛ sine formidine simul.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositū cū dicitur: ꝙ pbabilis ratio generat opinionē ꝛč. Dico ꝙ verū est in illo qui in assentiēdo ꝯclusioni pncipaliter innititur pbabili rōni: quāuis aūt fidelis pro veritate quā credit habeat pbabiles rōnes. Qui tñ illi veritati nō assentit innitēdo rōnibus illis pncipalr: sed prime veritati: ideo in ipso de veritate credita nō generāt opinionē: valēt tñ tales rōnes ad manuducēdū ꝛ pparādū infideles ad fidē: ꝛ ad roborandū in fide infirmos: ꝛ ad delectādūz in fide perfectos.

Ad 2ᵐ ¶ Ad scōm dōm ꝙ respectu alicuius articuli fidei nō pōt esse opinio recta: quia respectu illius veritatis nō pōt esse rectus intellectus ei assentiēs cū ambiguitate: seu cum alterius partis formidine. Unde talis opinio: nō tam corrigeret prauā ꝯsuetudinez ꝙ̄ roboraret.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertium dōm: ꝙ idē intellectus habens ad eādem ꝯclusionez mediū necessariū ꝛ per se notum ꝛ mediū pbabile illā ꝯclusionem scit ꝛ nō opinatur qꝛ assentit intellectus secūdū exigentiā medij per se noti qd est fortius mouēs ꝛ non medij pbabilis quod est debilius mouēs: dico ergo ꝙ ratio pbabilis nō generat opinionē in intellectu respectu alicuius ꝯclusionis quando ad illā determinatur intellectus fortiori rōne mouente: ꝛ ideo qꝛ fidelis in credēdo mouetur prima veritate: ꝛ sciens in sciēdo medio necessario ꝛ per se noto que sunt fortiores rōnes in mouēdo ꝙ̄ mediū pbabile: adeo mediūz pbabile non generat opinionem in credēte de re credita: nec in sciēte de re scita: qꝛ quāuis mediū pbabile quātū est ex se natūz sit mouere intellectū motu opinionis: tñ intellectus motus actu fidei: vel actu scientie nō est actus nec dispositus vt motu opinionis moueatur respectu rei scite vel credite: ꝛ ſm sententiam philosophi 2. de aīa. Actus actiuoꝝ sunt in patiēte ꝛ disposito: tamē mediū pbabile in intellectu respectu veritatis per fidez credite causat aliquā inclinationē ad assentiēdum illi veritati per quā itellectus fidelis facilius ꝛ intensius assentit illi veritati: ꝛ si ista inclinatio nocetur nomine opinionis equiuocando opinionē pōt stare distinctio superius posita de opinione contra quam arguebatur.

Circa litterā. [In nobis edificatur fides] scz sicut fundamentum spiritualis edificij. [Que tñ non pprie dī fides sed veritas.] Hic accipitur veritas pro aperta visione veritatis que nūc creditur quā visionē habebimus in futuro [Ut ex fide verboꝝ trāseat iustus in fidem rerum.] Hic extēdit nomē fidei ad quācūqꝫ cognitionē veritatis cuz assensu: ꝛ hoc modo clara visio patrie fides dī quod tñ nō potest dici nisi equocando nomē fidei. [Est tñ de his que visu interiori vt cūqꝫ capiuntur.]

Dubiuz. **Contra** fides est nō apparentiū: sed que videntur: nō tantum visu exteriori: sed etiam interiori apparentia sunt.

Rñº. In fidei diffinitione ꝙ̄ ap- parentia negatur. **Respondeo** cū dicitur fides esse non apparentiū hoc intelligitur de apparentia que est per clarā visionē dei: de qua visione predictū verbū magistri nō intelligitur. ¶ Alia sunt que nisi intelligamus nō credamus: alia que nisi credamus non intelligemus. Quedam enim sunt credibilia que nō sunt oīno super facultatem nostre naturalis cognitionis que sunt antecedētia ad articulos fidei: ꝛ ḣ a multis prius intelliguntur ꝙ̄ credātur quāuis hoc de necessitate fides non reqrat: sed de cōgruitate ad maiorē veritatis manifestationē. Quedā aūt sunt credibilia que simpliciter sunt supra facultatē nostre naturalis cognitionis: vt sunt articuli fidei: ꝛ ḣ prius creduntur ꝙ̄ intelligātur: intelligere tamen quid est quod dī per nomē simpliciter pexigitur ad fidei cognitionē. Cognitio vero certa nō pficitur nisi post hāc vitā. Quod intelligendum est de cognitione que est respectu articulorum fidei: ꝛ de cognitione que excludit omne enigma.

¶ De fide antiquorum. Di. XXV.

Dist. 25. De sufficiētia fidei. **Predictis** adijciendū est de sufficiētia fidei ad salutē. Illis enim qui precesserunt aduentū christi, ꝛ qui sequuntur videtur pfecisse ſm tēporis pcessum sicut profecit cognitio. Fides quippe magna dicitur cognitione ꝛ articuloꝝ quantitate vel cōstātia ꝛ deuotione. Est aūt quedā fidei mensura sine qua nunqꝫ potuit esse salus. Unde apostolus. Oportet accedētē credere quia deus ē: Heb. 2. ꝛ ꝙ remunerator est sperantiū in se. Sed queritur vtrū hoc credere ante aduentū: ꝛ ante legē ad salutē suffecerit: Nā tēpore gratie cōstat certissime hoc nō sufficere. Oportet enim vniuersa credi que in symbolis ꝯtinētur. Sed nec ante aduētum: nec ante legem videtur hoc suffecisse: quia sine fide mediatoris nullū hominē vel ante vel post fuisse saluum sanctorū auctoritates cōtestātur. Unde Aug. ad optatū. Illa fides sana est qua credimus nullum hominē siue maioris siue parue etatis liberari a contagione mortis ꝛ obligatione peccati quod pma natiuitate contraxit: nisi per vnū mediatorem dei ꝛ hominum Iesum christū. Cuius hominis eiusdēqꝫ dei saluberrima fide etiam illi iusti salui facti sunt qui priusqꝫ veniret in carnez crediderunt in carnē venturū. Eadē enim fides est ꝛ illorū ꝛ nostra. Proinde cum omnes iusti siue ante incarnationem siue post: nec vixerint nec viuant: nisi ex fide incarnationis christi: profecto quod scriptum est nō esse aliud nomen sub celo in quo oporteat saluari nos: ex illo tēpore valet ad saluādū genus humanuz ex quo in adā viciatum est. Idē. Nemo liberatur a dānatione que per adam facta est nisi per fidem iesu christi. Idē. Eadem fides mediatoris que nos saluat: saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis: qꝛ sicut credimus christum in carne venisse: ita illi venturum. Et sicut nos mortuū ita illi moriturū: ꝛ sicut nos resurrexisse ita illi resurrecturum: ꝛ nos ꝛ illi ad iudicium viuoꝝ ꝛ mortuorum venturum. Grego. super Ezechielez: ꝛ qui precibant ꝛ qui

Margin notes (right column): Nō sine fide mediatoris. nūqꝫ fuerit salus. Augu. — Aug. li. de correctione ꝛ gratia. — Aug. li. de nuptijs ꝛ de ꝯcupiscētia. — Greg. super Ezechielem.

sequebātur clamabāt dicentes osanna filio da uid ⁊c. quia omnes electi qui in iudea esse potuerant: siue qui nunc in ecclesia sunt: in mediatorē dei ⁊ hominum crediderunt ⁊ credunt. His aliisq; pluribus testimoniis perspicue docetur: nulli vnq̄ salutē esse factā nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentē credere que supra dixit apostolus: sed non sufficit.

¶ De fide simplicium.

Quid ergo dicetur de illis simplicibus. quibus nō erat reuelatū mysterium incarnationis qui pie credebāt quod eis traditū fuit. Dici potest nullum fuisse iustū vel saluū cui nō esset facta reuelatio vel distincta vel velata i aperto: vel in mysterio: distincta vt abrae ⁊ Moysi. aliisq; maioribus qui distinctionē articulo⁊ fidei habebāt. Uelata vt simplicibus quibus reuelatū erat ea esse credēda: que credebāt illi maiores ⁊ docebant sed eo⁊ distinctionē apertam non habebāt. Sicut in ecclesia aliqui minus capaces sunt: qui articulos symboli distinguere ⁊ assignare non valent. Omnia tñ credūt que in symbolo continētur. Credūt enim que ignorāt habētes fidē velatā in mysterio. Ita ⁊ tunc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inherebant quibus fidē suam quasi cōmittebant. vnde Job. Boues arabant ⁊ asine pascebātur iuxta eos. Simplices ⁊ minores sunt asine pascētes iuxta boues: q2 humiliate maioribus adherendo in mysterio credebant que ⁊ illi mysterio docebant: qualis forte fuerat vidua sareptana.

Job. i.

¶ Que ante aduentum christi de mediatore credere sufficiebant.

Sed queritur cum sine fide mediatoris antiq; non fuerit salus sicut nec modernis: vtrū oportuerit illos credere omnia illa de mediatore q̄ nunc credimus? Quibusdā videtur q2 sufficerit illis quatuor tñ credere. s. natiuitatē: mortē resurrectionē: aduētū ad iudiciu3: quod ex premissis vbis augu. colligiē vbi ista quatuor posuit. Aliis autē videtur habita fide trinitatis id de mysterio incarnationis fideli sufficeisse vt dei filius crederetur nasciturus de homine et iudicaturus. Qui de ioāne baptista documentū huius rei assumūt: qui de morte christi ⁊ descēsu ad inferos in euāgelio dubitasse videē fm expositionē Greg. q̄si interrogauit per discipulos. Tu es qui venturus es an aliū expectam⁹? Quasi es tu per teipsum descēsurus ad infernū an alium ad hec sacramenta missurus es. Quidā tñ dicunt eum nō dubitasse de ignorātia: sed de pietate. i. dubitare se ostendisse: non quia ignorauit sed pietatis affectu cōpassū esse

Matt. xi. Luce. 7.

xpo: ⁊ eius humilitatem ammirādo īsinuasse.

¶ De fide cornelij.

Solet etiam queri de cornelio: vtrum fidem incarnationis habuerit cum dictū sit ei per angelū: accepte sunt elemosyne tue: ⁊ exaudite sunt orationes tue? Si enim fidem incarnationis non habebat: tūc ergo sine fide incarnationis erat ⁊ iustitia: q2 de illo scriptu3 est: q2 iustus erat ⁊ timēs deū. Si vero fidē incarnationis habebat: ad quid ergo missus est ad eū Petrus? Sane dici pōt eū sicut fidē vnitatis: ita ⁊ incarnationis habuisse dei reuelatione: sed incarnatum iā esse dei filiū ignorasse: ⁊ ideo missus est ad eū petrus vt iam natū dei filiū ei annunciaret: et sacramētū regenerationis ei conferret. Habebat ergo fidem incarnationis: sed an facta vel futura eēt: nō nouerat. Et ita per fidē venit ad opera ⁊ per opera amplius solidatus est in fide Per fidem enī3 vt ait Grego. venitur ad opera. Cornelius etiā per fidē venit ad opera. Deum enim vnū credebat: sed filium eius nesciebat incarnatu3. Per fidē placuerunt deo opera eius. Sine fide enim īpossibile est aliquem placere deo. Augu. vero dicit cornelio dictum esse per angelum. Accepte sunt elemosyne tue ⁊ orationes tue anteq̄ in christū crederet: nec tñ sine aliqua fide donabat ⁊ orabat. Nā quomodo inuocabat in quem nō credebat. Sed si posset sine fide christi esse salus: nō ad eum mitterē architectus ecclesie Petrus. Attendite quid ait sine fide christi nō posse esse salutē: ⁊ tamen corneliū exauditū anteq̄ crederet in christū. Quod ita pōt intelligi. s. anteq̄ sciret christum incarnatum in quē credebat i mysterio.

Actuū. x

Augu.

¶ De qualitate fidei: spei: charitatis: ⁊ operis q̄ secundum aliquid sunt equalia.

Illud etiam non est pretermittendū q2 fides spes charitas ⁊ operatio fm aliquid equalia sunt in p̄senti. Unde Greg. Fidē: spem: charitatē: atq; operationē dum in hac vita viuimus equales sibi esse apud nos inuenimus: q2 quantū credimus tñ amamus. Et quātum amamus tantum de spe presumimus. Quisq; enim fidelis tātum credit quātū sperat: ⁊ amat: ⁊ tantū operatur quātum credit ⁊ amat ⁊ sperat. Sed tamē maior: spe ⁊ fide charitas dicitur: q2 cū ad dei speciem peruenitur spes ⁊ fides trāsit: sed charitas permanet. Et q2 charitas mater est oīum virtutū q̄ nō ꝯ post fidē ⁊ spē ponit q2 ex eis oritur: ꝯ post illa remanebit aucta. Charitas. n. nunq̄ excidit. Premissa aūt equalitas ꝓprie fm interiorū actuū intentione3 consideranda est. Huic vero quod hic ⁊ superius dictum est: sc3 q2 charitas nō est ex fide ⁊ spe: sed econuerso videtur

Grego. sup Eze.

i. Cor. 13

1.thim.1 so: videtur obuia re quod ait apostolus. Finis precepti est charitas de corde puro ꝛ cōscientia bona: ꝛ fide nō ficta. Quod exponēs augustin⁹ Cor accipit pro intellectu pro conscientia pro spe. Qualis inquit charitas est finis precepti pcedēs de corde puro. i. de puro intellectu vt nihil nisi deus diligat: ꝛ consciētia. i. de spe bona: ꝛ fide nō ficta. i. simulata. Non ergo charitas fidem ꝛ spem: sed fides ꝛ spes charitatem precedere videtur. Hoc ergo ea rōne traditur intellige nō ꝙ fides ꝛ spes cā vel tēpore charitatē oium bonorū matrē preced āt: sed qꝛ charitas sine illis in aliquo esse nō pōt: sed illa sine charitate possunt esse. Quāuis non sit pia fides vel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide ꝛ spe procedere dicitur charitas: qꝛ nulli prouenit sine istis.

Dist.25. Distin. XXV.

PRedictis adÿciendū est ꝛc. Superius determinauit magister de fide quātū ad eius essentiam ꝛ quantum ad eius obiectū siue materiā. hic determinat de ea quantū ad eius sufficiētiā: ꝛ diuiditur ī partes duas. ¶ Primo determinat de fidei sufficientia. ¶ Secūdo cōparat inter se tres virtutes theologicas ibi. [Illud etiam.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo inqrit de fidei sufficiētia generaliter. ¶ Secūdo descēdēdo ad aliquas differētias psonarꝫ specialr ibi. [Quid ergo dicet.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo ostēdit qd est illud quod semper necessariū fuit credere ad salutē ¶ Secūdo inquirit vtrū illud credere ante aduētū christi vel ante legē moysi esset sufficiēs ad salutē ibi. [Sed querit vtrū hoc credere]. Illa pars que ibi incipit. ¶ Quid ergo dicetur diuiditur in tres. ¶ Primo inquirit quid sufficerit credere simplicibus q precesserūt christi aduentum. ¶ Secūdo qd sufficerit credere pcectionb⁹ ibi. [Sed querit.] ¶ Tertio inquirit de fide cornelÿ qui fuit ante promulgatum euā^m ibi. [Solet etiam queri.]

CIrca hanc distinctionem querūtur sex. ¶ Primo de articulis fidei sm se. ¶ Secūdo de eis in cōparatione ad symbola: in qbus ꝯtinentur. ¶ Tertio in comparatione ad fideles qui aduētū christi precesserūt. ¶ Quarto in comparatione ad fideles qui aduentū christi secuti sunt. ¶ Quinto in comparatione ad ipsius fidei habitū. ¶ Sexto de vitÿs oppositis fidei. ¶ Circa primum querūtur duo. ¶ Primo de articuli diffinitione. ¶ Secundo de articulorum numero ꝛ diffinitione.

Qō.1. Qō. I.

PRimo ostendo ꝙ inconueniens sit illa diffinitio articuli quā ponit Ricardus. s. ꝙ articulus est veritas indiuisibilis de deo arctans nos ad credēdū. Ueritas enim indiuisibilis est veritas incōplexa. Sed obiectū fidei est verū cōplexum. Cū ergo articulus sit obiectū fidei non est indiuisibilis veritas. (Secūdo.) ¶ Itē cōueniēs diffinitio articuli debet cōuenire cuiqꝫ articulo fidei: sed huic articulo q exprimit carnis resurrectionē nō cōuenit esse veritatē de deo. ergo incōuenienter ponit in diffinitione articuli ꝙ sit veritas de deo. (Tertio.) ¶ Itē credere volūtariū est: sed illud ad quod arctamur nō est voluntariū: ergo male dicitur in diffinitiōe articuli ꝙ arctat nos ad credēdum.

(In op^m. 1 Ad qōnē sm mētē propriaꝫ.) COntra a doctoribus approbatur. ¶ Rñdeo ꝙ diffinitio Ricardi conueniēs est ad cuius intelligentiam sciēduꝫ ꝙ articulus dicit ab artādo: qd pōt intelligi vel actiue vel passiue. Si passiue sic in nāalibus dicitur articulus pars corporis que non habet in se aliquas distinctiones per iuncturas. Unde dicūtur articuli digitorꝫ ille partes que sunt colligate p iūcturas: quia ad ipsas stat resolutio digiti. Si aūt actiue sic dr articulus in grāmatica aliqua nota distinguens dictionem vel quantū ad genus: vel quantū ad casus: vel quātū ad numerū. Ad vtriusqꝫ modi silitudinē dr articulus in theologia ab arctando: qꝛ sm ꝙ passiue intelligit sic dr articulus indiuisibilis veritas de deo: qꝛ est veritas que nō diuiditur in alias veritates quarū quilibet habeat rōnem obiecti fidei: imo ad articulos stat resolutio ipsius credibilis secūdū quod actiue dr: sic dicitur de articulo quod artat nos ad credēdum: qꝛ determinat nostrū intellectū ad distinctū credēdi actum: nō tñ eo modo quo determinatur ad hoc per habitū: sed eo modo quo actus intellectus distinguitur per distinctū obiectum. (A. I. ab artatione. Articul⁹ vnde dicatur.)

(Ad p^m) AD primum in oppositū dōm: ꝙ articulus dr veritas indiuisibilis: nō qꝛ sit veritas incōplexa: sed qꝛ in genere veritatis cōplexe nō diuiditur in partes tales: quarū vna importet specialē difficultatē ad credēdū vltra aliā. Unde quāuis iste articulus. Christus fuit crucifixus mortuus ꝛ sepultus resolubilis sit in plures veritates cōplexas: tñ nō sunt tales veritates: quarū quelibet habeat specialem difficultatē ad credēdū alia credita: qꝛ credito ꝙ christus fuerit crucifixus nō est difficile credere ꝙ fuerit mortuus ꝛ sepultus. (Ad 2^m) ¶ Ad scdm dōm: ꝙ in illo articulo qui exprimit carnis resurrectionē: deus est subiectū. Sensus enim est ꝙ deus resuscitabit nostrā carnē. (Ad 3^m) ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ arctans ibi accipitur sm ꝙ dr ab arctare: prout idē est: ꝙ intellectū determinare ad distincte credēdū. Uel potest dici ꝙ articulus dicit arctare nos ad credēduꝫ: nō qꝛ necessitet simpliciter intellectum ad credēdū: sed sub cōditione. s. si homo debeat peruenire ad vitā eternam: quia vt habetur ad heb. vndecimo. Sine fide impossibile est placere deo.

(Qō.2.) Questio. II.

(Argr p^o) SEcundo queritur quot sunt articuli fidei: ꝛ quomodo distinguuntur: ꝛ ꝙ nō sunt nisi duo ostēdo sic Hugo. 1. li. de sacramētis. parte. x. c. iiij. hec sunt duo que fidei pposita sunt credēda creator ꝛ saluator: ꝛ que pertinēt ad creatorē: ꝛ que pertinēt ad saluatorē sūr. Creator: ꝛ que pertinēt ad creatorem vna pars fidei. Saluator ꝛ que pertinēt ad saluatorem hec est altera. (Secūdo) ¶ Item nō est articulus fidei veritas que possit pbari per demōstrationē: sed deū esse vnū per demōstrationē probatur: Unde ꝛ hoc pbat phs. 12. metaphy. ergo nō est articulus fidei: sed illa veritate nō computata inter articulos nō sunt articuli. 14. (T. c. vlti. Tertio) ¶ Itē eadē est notitia patris ꝛ filÿ. Unde Jo. 14. dicit saluator. Qui videt me: videt ꝛ patrē: sed nō sunt articuli. 14. nisi essent duo articuli de patre ꝛ filio. (Quarto) ¶ Itē extra de summa tri. ꝛ fide catho. Firmiter credimus: inter articulos fidei numerātur articulus de sacro eucharistie ꝛ articulus de sacramento baptismi. Cum ergo in symbolo contineantur. 14. articuli: ꝛ illi nō cōtineantur ibidē: vt videtur: articuli sunt plures qꝫ 14. (Quinto) ¶ Itē sicut credimus deū omnipotentem: ita credimus ipsum oia sciētē ꝛ oia pudentē ꝛ summe bonū: ergo sicut est articulus fidei ꝙ deus est omnipotēs: ita videtur ꝙ sint articuli fidei ꝙ est oia sciens ꝛ omnia puidens ꝛ summe bonus ꝛ si sic sunt plures articuli qꝫ. 14. Qꝫ aūt sunt. 14. ꝛ nō plures probo sic. (In oppositū pmo) Qēs articuli continent in symbolo apostolorꝫ: scꝫ ibi cōtinet. 14. ꝛ non plures. 7. spectātes ad christi diuinitatem: ꝛ. 7. spectātes ad eius humanitatem.

(Ad qōnē sm mentē ppriā.) REspondeo ꝙ sm distinctionem que mihi videtur rationabilior articuli fidei sunt. 14. Articulus enim est veritas de deo indiuisibilis

Quatuorđecim sunt articuli fide. in plures veritates complexa:ita vt quelibet importet specialē difficultatē ad hoc:vt credatur propter aliquā specialē rationem non vidēdi eam. Fides enim est respectu veritatis nō vise. Tales autem veritates de deo sunt 14. ⁊ nō plures. Ois enī talis veritas:aut est de deo nō ratiōe humane nature:aut rōne humane nature sibi vnite. Si primo modo:aut illa veritas exprimit vnitatē essentie:⁊ sic est iste articulus. Credo in deū. Cuius sensus est:si ex hoc formetur explicita enūciatio. Credo ꝙ deus est vnus:aut respicit personam patris:⁊ sic est articulus. Credo in patrē omnipotētem:⁊ si ex hoc formetur enūciatio erit h̄ deus est pater omnipotēs. Aut respicit personā filij:⁊ sic est iste articulus. Credo in iesum christum filiū eius vni. dn̄. no. Aut respicit personā spūs sancti:⁊ sic est iste articulus. Credo in spūm sanctum. Aut respicit operationē dei:per quā res ꝓduxit in esse nature:⁊ sic est iste articulus. Credo in creatorem celi ⁊ terre. Aut operationē per quam deus dat nobis esse gratie:⁊ sic est iste articulus. Sanctā ecclesiā catholicā:sanctoꝝ cōmunionē remissionē peccatoꝝ:cuius sensus est:deus sanctificat ecclesiā catholicā in qua est cōio sanctoꝝ ⁊ remissio peccatoꝝ. Aut respicit operationē dei per quā dabit nobis esse glorie:⁊ sic est iste articulus. Carnis resurrectionē:vitā eternā amē. Ex quo pōt formari hec enūciatio: deus resuscitabit carnem nostrā:⁊ dabit bonis vitā eternā. Si aūt illa veritas que est articulus sit de deo ratione humane nature sibi vnite:sic sunt articuli. 7. quorum primus respicit filij dei incarnationē qui tangit in symbolo cū dr̄. Qui cōceptus est de spiritu sancto. Secūdus eius de virgine natiuitatē hic. s. natus ex maria virgine. Tertius passionē hic. s. passus sub pontio pilato crucifixus mortuus ⁊ sepultus. Quartus descēsum ad inferna iste. s. descēdit ad inferna. Quintus resurrectionē hic scꝫ Tertia die resurrexit a mortuis. Sextus ad celum ascensionem. s. iste ascendit ad celos:sedet ad dexteram dei patris omnipotētis. Septimus aduentum christi ad iudicium qui ponit in symbolo vbi dr̄. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Et sic patet ꝙ omnes articuli sūt in vniuerso. 14. ⁊ nō plures qui oēs in symbolo apostolorū cōtinētur. 7. de deo nō ratione humane nature: ⁊ septē de ipso rōne humane nature sibi vnite.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dōm:ꝙ Hugo posuit duas partes illas, non tanꝗ̄ duos articulos: sed tanꝗ̄ illas de quibus sunt articuli: q: per ea que pertinent ad creatorē intelligit articulos q sunt de deo:nō rōne humane nature per ea que pertinēt ad saluatorē itelligit articulos q sunt de deo rōne humane nature sibi vnite.

Ad 2ᵐ ¶ Ad scḋm dōm:ꝙ deū esse vnum eo modo quo articulus fidei est probari nō pōt per nāle lumē demōstratione tali per quā illa veritas sine enigmate videatur:sm̄ eni ꝙ deū esse vnum est articulus fidei importat esse vnā substātiā clare cognoscentē omnia presentia preterita ⁊ futura:⁊ possibilia que nunꝗ̄ erūt ⁊ fouere oia que sunt ⁊ nō esse plures substātias tales.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū dōm:ꝙ quāuis pater ⁊ filius vna cognitione cognoscātur inquātū sunt vnū in essentia:quia sic cognoscitur per vnā rōnem cognoscēdi que est veritas vna:tamē inquantum sunt distincte persone cognoscūtur pluribus cognitionibus:q: sic cognoscuntur pluribus rōnibus cognoscēdi:ille tamē cognitiones simul sunt:q: relatiua simul intelliguntur:dōm ergo:ꝙ aut saluator illud verbū intellexit de visione patris ⁊ filij inquātū sūt vnū. Aut si intellexerit de eorum visione inquantū distincti sunt in personis noluit dicere ꝙ a nobis cognosceretur vna cognitione:sed ꝙ simul.

Ad 4ᵐ ¶ Ad quartuꝫ dōm: ꝙ in illo articulo qui est sanctam catholicā ecclesiā: sanctorū cōmunionem:resurrectionem peccatorum:comprehenditur illa veritas de sacramētis:scꝫ ꝙ in sacramentis cōmunicant fideles:⁊ sunt instrumēta sanctificādi:⁊ ex cōsequenti remittendi peccata.

Ad 5ᵐ ¶ Ad quintū dōm:ꝙ omnipotētia includit oēm scientiam ⁊ summā bonitatem:⁊ ex cōsequēti ꝓuidētiam respectu omnium:⁊ ideo oia alia intelliguntur sub illo articulo q ē:deꝰ est pr̄ oīpotēs.

Consequēter queritur de secundo pncipali:⁊ circa h̄ queritur duo. ¶ Primo vtrum in symbolo apostoloꝝ sufficiēter cōtineantur oia que credere necessariū est ad salutē. ¶ Secūdo queritur sine argumentis de comparatione symboli apostolorū ad alia duo symbola.

Questio. I.

Qō. 1. Argᵗ. 1. **Primo** ostendo:ꝙ in symbolo apostolorum nō cōtineātur sufficiēter oia que credere necessarium est ad salutem: q: si ita esset alia duo symbola superfluerent: vt videtur.

Secūdo ¶ Itē credere penas eternas necessariū est ad salutē:sed veritas exprimēs malos puniēdos eterna pena in symbolo apostolorū nō continetur.

Tertio ¶ Itē credere ꝙ deliberatiua transgressio diuinorum preceptorum sit peccatū mortale est necessariū ad salutē:sed hoc in symbolo apostolorum non continetur.

In oppositum pᵒ **Contra** in principijs sufficiēter in virtute cōtinet tota sciētia:ergo similiter in articulis qui sunt principia oium que oportet credere sufficienter in virtute cōtinētur oia credēda:sed oēs articuli fidei sufficienter continet in symbolo apostoloꝝ:vt in precedenti questione habitū est:ergo ex cōsequenti in illo symbolo sufficiēter continentur in virtute omnia que necessariū est credere ad salutem.

Ad qōnē sm̄ mentē ꝓpriā. **Respondeo** eorū que necessariū est credere ad salutē quedā sunt de dictamine rationis naturalis que. s. pōt elicere intellectus per lumen naturale ex principijs que vltro se offerunt cognitioni: quāuis enim respectu predictoꝝ principioꝝ nō sit actus credēdi propter eorū euidētiā:tn̄ respectu cōclusionum ex illis pncipijs sequētium pōt esse actus credendi in illis qui eas elicere nesciunt. Quedā sunt ad que credenda directe ⁊ principaliter dirigit habitus fidei: ⁊ ista sūt articuli fidei. Quedā aūt cōsequētia ad illos articulos: vt sūt veritates salutifere q̄ ex illis articulis possunt probari. Dicēdū ergo:ꝙ loquēdo de credēdis que sunt articuli fidei oia sufficiēter:⁊ plene explicite continentur in symbolo apostoloꝝ:vt ex precedēti questione pōt haberi. Ad illud enim symbolū cōponendū cōuenit vniuersitas apostoloꝝ qbus cōplete reuelatū erat que ponenda erāt in symbolo ad fidei cōplemētū:⁊ vt maiorem haberet firmitatem singuli posuerūt ibi suas partes.

A quibꝰ apl'is:⁊ a qbꝰ nō cōpositū fuit symbolum. Petrus. Credo in deum patrē omnipotētē creatorem celi ⁊ terre. Andreas. Et in iesum christum filiū eius vnicū dn̄m nostrū. Joānes. Qui ꝯceptus est de spū sancto ⁊ ex maria virgine. Jacobus maior. Passus sub pōtio pilato:crucifixus mortuus ⁊ sepultus. Thomas. Descēdit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. Jacobus minor: Ascendit ad celos:sedet ad dexterā dei patris omnipotētis. Philippus. Venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Bartholomeus. Credo in spūm sanctum. Matheus. Sanctam ecclesiā catholicam. Symon chananeus. Sanctorum cōmunionem:remissionē peccatoꝝ. Judas thadeus. Carnis resurrectionem. Mathias. Et vitā eternam. Amen. Paulus ⁊ barnabas nihil ibi posuerunt:q: electi fuerunt post missionē apostoloꝝ ad predicandū:⁊ symbolū debuit cōstitui ab oibus simul cōgregatis in vnū. Antecedētia aūt ⁊ cōsequentia ad articulos in symbolo non continentur nisi per quandā reductionem.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositū dōm:ꝙ alia duo symbola nō superfluunt:q: illud symbolum ad certam veritatis breuem traditionē ⁊ expressionem

Cur plura symbola tradita sunt.

sionem fuit cōpositum. Symboluz vero niceni cōcilij: qd dicitur in missa fuit factuz ad illius symboli explanationē: z ad quarūdā heresuz cōfutationē: z ad veritatis credite ppalationē. Symbolū vero Athanasij maxime factū, fuit ad cōfutandū heresim arrianā. Unde solicitus fuit athanasius ibi diligēter exprimere essentie vnitatez cū personarū distinctione z equalitate.

Ad 2m

¶ Ad scdm dicēdū q malos puniēdos eterna pena cōseqtur ad articulū de carnis resurrectione z bonorum glorificatiōe: ex quo enī deus tanq̄ iustus iudex bonos remunerabit in vita eterna: seqtur q reprobos puniet pena eterna.

Ad 3m

¶ Ad tertiū dōm q credere deliberatiuam trāsgressionem diuinoruz pceptoz esse peccatū mortale: necessarium est ad salutez tanq̄ aliquid qd est de dictamine rōnis naturalis in generali: z sic videtur esse de antecedētibus ad fidem. Sed quod de9 hoc vel illud preceperit designatis aliquib9 singularibus preceptis que sacra scriptura deum precepisse narrat magis videtur inter illa ponenda: que ad articulos consequuntur.

Qō 2.

Questio. II.

SEcundo querit sine argumentis de cōparatione symboli apostolorū ad alia duo symbola. s. q istoz sit pncipali9 z querit diuersis tēporibus: z modis diuersis in ecclesia dicuntur.

Ad qōnē sm mentē ppriā.

Respondeo q symbolum apostolorum est pncipalius. Unde etiā maius dicit: nō q plus cōtineat de quātitate scripture: sed q articulos fidei cōtinet plenius: omnes enī continētur in eo: z q plus cōtinet de snia in virtute: z q fuit conditum ab aplis qui maiores fuerūt auctoritate q̄ illi patres qui cōdiderūt symbolū qd dicit in missa: z q̄ Athanasius qui cōdidit symbolū qd di in prima: hec etiam duo symbola quasi quedam explanationes sunt symboli apostolorum: q aūt symbolū aplorum fuit conditum tēpore veritatis nondū publicate: ideo submisse dicit. In prima tñ z in cōpletorio di ad significādū cōfessionē fidei maxime fuisse necessariū in primitiua ecclesia: z fore necessariū in tēporibus vltimis: z ad significādū cōfessionez fidei in baptismo: z in morte: z in psperitate: z l aduersitate. Symbolū aūt niceni cōsilij factū fuit tēpore veritatis propalate: z ideo alta voce di: z in missa i diebus solēnibus post euāgeliū z ante cōionē: q tractum est de euangelio: z est preparatio ad cōionē. Symbolū aūt Athanasij cōditūz fuit tēpore veritatis ppalate cōcusse z preualētis ideo dicitur alta voce post noctē finitaz in prima hora diei.

Cur dicit symbola. Et vnde dicit symbolū

Ista aūt predicta symbola: symbola dicūtur: q multe snie in quolibet eorū simul collecte sunt. Unde di symbolum a syn qd est simul z bole qd est sentētia: z sic patet q symbolū niceni cōsilij z Athanasij ex rōnabili causa edita sūt z si insurgeret necessitas: vtpote insurgerent noue heresis adhuc ecclesia posset facere aliud symbolum: vt trahi potest ex sentētia Anselmi in lib. de pcessione spirit9 sancti bene ante finē: Sed nulli alij nisi ratione ecclesie hoc liceret ad quā cause maiores vl'is ecclesie referende sunt: vnde ad ipsam solū pertinet cōgregatio generaliuz cōciliorz vt habet di. 17. Generalia z maxime ad ipsam referenda est dubitatio de via salutis si oriretur: vt habetur eadem distinctione. c. nec licuit.

COnsequenter querit de tertio pncipali: z circa hoc querunt duo. ¶ Pmo vtrū oib9 fidelib9 q aduētū xpi pcesserūt necessariū fuit credere ad salutē mediatorē inter genus humanū z deū. ¶ Secundo vtrū illis oibus q aduētū xpi pcesserit necessariū fuit ad salutē hēre fidē explicitā d mediatore.

Qō 1.

Questio I.

Argt p9

PRimo ostendo q nō fuit necessarium ad salutē ante aduentuz christi credere mediatorem. Apostolus ad heb. xj. Sine fide impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentē ad deū: q est z inquirētibus se remunerator sit. Si ergo hoc credere antiquis de qbus hic loquit sufficiebat ad salutē: videt q nō fuit necessariū q crederent mediatorē.

Secūdo

¶ Itē hoīes in lege nature non tenebātur credere nisi ea que erāt de dictamine rōnis naturalis. Sed naturalis ratio nō dictabat genus humanū liberādū per aliquē mediatorē: q huius cognitio erat sup iudiciū rōnis nālis: ergo videt q in lege nature non tenebant credere mediatorē.

Tertio

¶ Itē nō tenebantur hoīes credere illud qd nulla lege ex eis precipiebat credendū: sed fidelibus qui aduētū christi precesserunt nulla lege pceptum erat credere mediatorē: q lex nature hoc non pcipiebat: nec etiā lex scripta: videt ergo q ad h nō tenebātur.

Quarto

¶ Itez sm phm. x. ethi. c. 6. Illud simpliciter est sanuz quod est sanum hoī sano: ergo silr illa fides simpliciter erat sana q erat cōueniēs homini in statu innocētie in quo erat san9 sed homo in illo statu nō tenebat credere vitā eternam sibi futurā per aliquē mediatorem inter se z deū: ergo videtur q nec aliqui alij ante aduentū christi hoc credere tenebantur.

Quinto

¶ Item credere non tenebantur illud de quo beatus ioannes baptista dubitabat. Sed ipse dubitabat ipsum esse mediatorem. Unde matth. vndecimo dicitur q discipulos suos quesiuit. Tu es q vēturus es an aliū expectamus: ergo videt q fideles q aduentum christi pcesserūt hoc credere nō tenebātur.

In oppositū pmo

Contra Augu. enchi. c. penulti. Dicit q nec antiquoz quicūq iustoz preter christi fidē salutē potuit inuenire.

Secūdo.

¶ Itē Augu. in epla ad optatum parū post pncipiū. Illa fides sana est qua credimus nulluz hoīem siue maiores siue paruule: z recētis etatis liberari a contagione mortis antique z obligatione peccati qd pma natiuitate cōtraxit nisi per vnū mediatorē dei: z hominū hoīem christum iesum.

Tertio.

¶ Itē hugo. z li. de sacris parte. x. c. iiij. Hec sunt duo que fidei preposita sunt credēda creator z saluator: sed credere saluatorez est credere mediatorem: ergo semper fuit necessarium ad salutem credere mediatorem.

Ad qōnē sm mētē propriaz.

Respondeo q necessarium fuit ad salutez ante aduētum christi credere mediatorē implicite vel explicite: z sub velamine vel sine. ¶ Ad hoc enim q hoīes essent digni salute eterna necessariuz erat eis: vt illā modo debito intēderēt ad quod necessarium erat: vt eā modo debito desiderarēt z sperarent que psupponebāt: vt illā salutē: z se posse ad illam pertingere debito modo cognoscerēt: quod esse nō poterat nisi d via pertingēdi ad illā salutē aliquā cognitionē haberēt. Nullus enim se cognoscit posse peruenire ad aliquē terminū nisi habēs aliquaz cognitionem in generali vel in speciali de via pertingēdi ad illū terminū: necessariū ergo ad salutē fuit illis qui aduētum christi precesserūt cognoscere in generali vel in speciali viam pertingēdi ad eternā salutē: cū autē illam salutē cognoscerēt esse supnaturalē oportebat vt cognoscerēt se nō posse ad illā pertingere via naturali tm̄: sed via supnaturali generi humano a deo pmissa: z qa deus pujderat electos saluādos p mediatorē. Quapropter dixit saluator ioannis. 14. ego sum via: seqtur q necessariū fuit ad salutē eis credere mediatorē saltē implicite: z q illa cognitio nō erat clara nec respectu rei presentis: sed erat enigmatica: sequitur q oportebat q illa cognitio esset per fidē. ¶ Preterea sicut dicit Hugo. j. li. de sacramētis. parte. x. c. v. Semper in ecclesia dei ab initio fuit fides z cognitio incarnationis z passionis christi: q ab initio nunq̄ defuerūt qui hoc cognouerūt: z hoc patet: q semper fuerūt aliqui qui deo sacrificia offerebāt christum figurā: z ipsius passionem: illis aūt deus per reuelationez insinuerat: vt alios de via salutis

per illa sacrificia ꝛ aliquibus modis alijs sub quodā velamine instruerent quousq; per mediatorem via salutis absq; velamine ostenderet. Illi aūt viri tāte erant perfectionis ꝛ tantā cū deo familiaritatē habētes: ꝛ tanta pro eis deus faciebat sicut patuit in noe ꝛ moyse: ꝛ pluribus alijs ꝙ alij cōcurrēte supnaturali illustratione interiori quā habebat quilibet qui intellectū nō velabat malitia volūtatis tenebant eis de via salutis credere: ꝛ eorum sacrificia a deo instituta eē ad significādū viā salutis a deo puisam. Certū est autem ꝙ illi maiores quibus h deus reuelauerat tenebātur habere fidem de mediatore nō velatā. ¶ Alij aūt in hoc ꝙ tenebant maioribus assentire tenebātur saltē ad fidē velatā: ergo oībus fidelibus qui aduētū christi pcesserūt necessariū fuit credere mediatorē cū velamine: vel sine: vel explicite: vel iplicite.

Ad pm **Ad primum** in oppositū dōm: aut ꝙ illa duo que tangit apostolus ita fuit necessariū credere: qḋ tū nō sufficiebat ad salutē nisi aliqd aliud crederet. Aut ꝙ in hoc: qḋ dixit ꝙ inquirētibus se remunerator est: intellexit vel cōprehendit viā pertingē-

Ad 2m di ad salutē a deo puisaz. ¶ Ad scōm dōm: ꝙ maior nō est vera si intelligat de dictamine rōnis naturalis nude: ꝙ sicut semp tenebant hoies ad salutē hēre dilectionem charitatiuā que supernaturalis est: ita tenebātur habere aliquā cognitionē supernaturalē: intelligēda est ergo maior ad hoc vt sit vera de dictamine rationis supernaturaliter illustrate a qua illustratione naturale dictamen rationis contrariādo non discordat quāuis ad illam per se nō potuisset pertingere. Uel potest dici ad minorē: ꝙ ꝛ si via salutis in speciali sit supra facultatē nostre naturalis cognitionis: nō tū verū est de via salutis in illa generali-

Ad 3m tate sub qua omnes cognoscere tenebātur. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ lex nature pcipiebat credere mediatorē implicite in hoc ꝙ credere pcipiebat aliquā viā salutis hu-

Ad 4m mano generi a deo esse prouisam. ¶ Ad quartū dōm: ꝙ quāuis illud simplr sit sanum ꝙ est sanum homini sano tū aliquid est necessariū infirmo ad sanitatē qḋ nō est necessariū homini sano: ꝛ ideo sana fide hoies post lapsum aliqd credere tenētur ad quod credēdum nō tenebatur hō in statu nature sane quāuis eius fides esset sanissima nō enim tenebat credere genus humanū esse labendū: ꝛ ideo credere nō tenebat mediatorē necessariū ad redi-

Ad 5m mēdum. ¶ Ad qntum dōm: ꝙ beatus ioannes baptista nō dubitauit de christo quin esset deus ꝛ hō cū ipse dixerit: vt habet Joan. j. Ego vidi ꝛ testimoniū perhibui: qꝛ h ē filius dei. Silr ñ dubitauit qn eēt passurus p redēptio-

Circa ꝙ dubitauit ioan. baptista de xpo. ne gnīs hūani cū d eo dixerit: vt hꝫ ioānis p. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mūdi. sed vt aliq dicūt nesciebat verū eēt in ppria psona ad iferos descēsurus quāuis bene crederet veritatē passionis illius ptingere vsq; ad amicos suos q erat in limbo cū sciret esse scriptū illud quod habet zach. 9. Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctos de lacu in quo nō est aqua: ꝛ sic oportet dicere: ꝙ beatus ioānes nō tenebatur credere explicite xpm in psona ppria ad iferos descēsurꝫ: cui videt btūs Greg. cōsentire in quadā homelia sup illud Matth. 2. Tu es q vēturus es. Ambro. aūt sup illud Luc. 7. Tu es q venturus es: dicit ꝙ beatus Joānes hoc nō quesiuit: qꝛ de hoc dubitaret: sed ex quadā pietate sic locutus est. Chrysostomus aūt sup Matth. homel. 36. dicit ꝙ hoc quesiuit: nō qꝛ de hoc dubitaret: sed vt discipuli sui audiēdo xpi ri-

Q. 6. 2. sionē istruerent ꝛ firmius crederēt. Questio. II.

Argu. 1. **Secundo** querit vtrū illis oibus q aduētū christi pcesserūt necessa-

C. oppo. 3. riū fuerit ad salutē habere fidez explicitam de mediatore: Et videt ꝙ sic fm phm. 4. topico. Nihil est in genere qḋ nō sit in aliqua eius specie: ergo a simili nihil potest credi in generali quod non credatur in speciali: sed oēs tenebant habere fidē de mediatore in

generali: vt ostēsum est: ergo ad hoc etiā tenebant in spe- Secūdo ciali: ꝛ ita explicite. ¶ Itē oēs tenebant fidez habere de mediatore per quā se mouerēt ad mediatorē tanqꝫ ad viam salutis sed velle ire ad aliquē terminuz nō sufficit ad hoc ꝙ hō moueat se nisi velit ire per aliquā determina-

tā viā: qꝛ fm phm. 3. de aīa. Uolūtas nō mouet nisi deter- T. c. 44. minata ad vnū: sꝫ velle dterminatū psupponit dterminatā cognitionē: g necessariū fuit eos hēre d mediatore cognitionē determinatā: ꝛ ex gñti explicitā. ¶ Itē oēs tenebā- Tertio tur habere aliquā cognitionē de mediatore ad quā non potuissent hoies pertingere ex solis nālibus: aliter enim per sola nālia potuissent esse digni eterna salute: sed ad cognitionē mediatoris implicitā poterāt hoies pertingere per sola naturalia: per sola eni nālia cognoscere poterāt nām humanam non posse plene attingere ad suam pfessionē nisi per aliqḋ adiutorium cōditoris humane nature: ergo necessariū eis erat ad salutē habere aliquā fidē explicitam de mediatore.

Contra Hugo. 1. li. de sacramētis. parte. x. c. 6. Nec In oppositum pº sunt quibus ab initio nihil minus vnqꝫ recta fides habere potuit credere vꝫ vnū esse deū creatorē olum oīm ꝛ rectorē vniuersorum ipsam nō esse mali auctorē: eoꝝ tū qui i malis suis eius misericordiā quererent ꝛ expectarēt futurū redēptorē: hoc simplicium fidei l initio sufficisse credimus: sed in pdictis nihil ponit. explicitū de mediatore: ergo ante christi aduētū non tenebant hoies habere fidē explicitā de mediatore. ¶ Itē vt habe- Secūdo tur Actuū. x. Cornelius erat vir religiosus ꝛ timēs deuz nec tū fidē habebat explicitā de mediatore. Et quia sicut dicit magister in littera incarnatū esse dei filiū ignorabat ꝛ ideo missus fuit ad eū petrus: vt ia natum dei filiuz ei annūciaret: ꝛ sacramētum regenerationis cōferret. Si ergo homini ad iustitiā nō erat necessariū habere fidē explicitā de mediatore ante euangelij pmulgationē: post tū christi aduētum multominus necessariuz fuit illis q xpi pcesserunt aduentum.

Respondeo ꝙ eorum qui aduētum christi pcesserunt. Quidā fuerūt sub lege scri- Ad qōnē fm mentē ppriā pta: quidā sub lege nature nō sub lege scripta. Et istoruz quidā fuerūt viri eminētis perfectionis quibus reuelata erāt explicite multa vel oīa de mediatore credenda: ꝛ hi tenebantur ad habēdū de mediatore fidem explicitā fm mēsurā ꝛ modū reuelationis sibi facte. Alij aūt ad habēdū aliquā fidē explicitā de mediatore nō tenebant. Sed sufficiebat eis credere ꝙ in pcedēti questione dictum est. Silr eoꝝ qui fuerūt sub lege scripta. Quidaꝫ fuerunt viri perfectionis eminētis qbus reuelata erant explicite multa vel oīa de mediatore credēda: ꝛ hi ad fidē explicitā de mediatore tenebātur fm modū reuelationis sibi facte. Alij aūt nō tenebātur ad credēdū explicite aliqd de mediatore nisi hoc ꝙ deus mitteret psonā mediatoris: ꝛ redēptoris: sed vtrū esset angelus vel hō purus: vel deus ꝛ hō credere explicite non tenebantur: ꝛ his expresse cōcordat Hugo. 1. li. de sacra. parte. x. c. v. dicens. Ante legē deus creator credebat: ꝛ ab eo salus ꝛ redēptio expectabat: per quē vero ꝛ qōo eadē salus implēda ac perficienda foret exceptis paucis quibus hoc scire singulariter in munere datū erat a ceteris etiā fidelibus nō cognoscebatur: sub lege aūt persona redēptoris mittēda predicebat ꝛ vētura expectabat. Que aūt ipsa persona foret hoc est hō: vel angelus: vel deus nōdum manifestabat soli hoc cognouerūt qui per spiritū singulariter ad hoc illuminati fuerunt. Si aūt inueniātur alique auctoritates Augu. vel alioꝝ doctoruꝫ que videātur sonare ꝙ fideles q pcesserūt christi aduētuꝫ distinctius ꝛ magis in speciali tenerētur credere mediatorē qꝫ dictuꝫ est exponi possunt fm sententiam Hugonis. 1. li. de sacramētis. parte. x. c. 6.

Ubi

vbi dicit hoc modo: sano itellectui dici pôt. Omnes ab initio iustos fidê saluatoris habuisse: ꝛ omnes in fide redêptionis vêture iustificatos fuisse: q: eâdê redêptionez vel vêturâ cognouerût: vel cognoscêtibus ꝛ credêtibus crediderût: ꝛ cû hac fide sacra ipsius redêptionis q: ab initio instituta sunt ad sanctificationez susceperunt: ꝛ in ipsis iam eandem redemptionem suam quasi in vmbra ꝛ figura portauerunt.

Ad pᵐ. Qd̓ est i gñe est i aliq̃ spê i eê reali: ñ aût in ê cognito.

Ad primum in oppositû cû dr: q̄ nil est in genere qd̓ nô sit in aliqua eius specie ꝛc. dico q̄ verum est in esse reali: nô tñ est verû in esse cognito: pôt eni intelligi aliqd sub rône qua color absq̧ hoc q̄ itelligat sub aliqua speciali ratione coloris: ꝛ ideo cû credere sit aliquis modo cognoscere pôt aliqd credi in generali absq̧ hoc q̄ credatur in speciali ꝛ distincte.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad scdm dôm: q̄ quâuis viâ ptingêdi ad salutem a deo ꝓuisam nô crederent nisi in generali: tñ determinate credebât operâdo fz nâle iudiciû recte rônis se disponere ad hoc vt attingerêt ad illâ viâ per quâ salutis eterne participes essent: ꝛ ideo mouebât se ad agêdû fm iudiciû rônis.

Ad 3ᵐ. ¶ Ad tertiû dôm: q̄ hoies p sola nâlia in statu nature lapse nô potuissent ptingere ad cognoscêdû nâm humanâ ordinatâ ad aliquâ pfectionê: quâ nô posset côsequi nâli via cû illo generali adiutorio: qd̓ deus ipêdit cuiq̧ nature create ad hoc vt pertingat ad suâ pfectionê. Semp aût necessariû fuit ad salutê credere naturâ humanâ ordinatâ ad talê perfectionê ad quâ non posset pertingere nisi per aliquod speciale adiutorium ꝓuidêtie diuine quâuis qd illud esset in speciali côes ꝓplus ante christi aduêtû credere nô teneretur. Aliq tñ dicunt q̄ maior argumêti falsa est nec valet eius probatio. Aliquid eni naturalr dictat nobis intellectus esse faciendû qd̓ per nostrâ nâlem virtutem facere nô possumus. Naturalr eni cognoscimus deû, debere a nobis diligi ꝓpter se ꝛ super oia: ꝛ tñ in statu nature lapse: sic hô per sola naturalia eum diligere non potest.

Consequêter querit de quarto pncipali: ꝛ circa hoc q̄runt duo. ¶ Primo vtrû omnibus illis qui secuti sunt christi aduêtû: necessariû fuerit credere ad salutê oês articulos fidei explicite. ¶ Secundo vtrum fides illorum qui aduentum christi secuti sunt sit eiusdem speciei cum illorum fide qui christi aduentum precesserunt.

Qô. i. Questio. i.

Argᵉ. i.

Primo ostendo q̄ oibus illis qui secuti sunt christi aduêtû necessarium fuit credere ad salutê oês articulos fidei explicite. Deute. 27. dicit. Scribes sup lapides oia verba legis huius plane ꝛ lucide: sed fm glo. ibidem p illos lapides intelligûtur oês q credût in xp̄m: ergo videtur q̄ pceptû sit vt in eoꝝ cordibus sit scripta lex plane ꝛ lucide: sed oês tenent ad illud qd̓ pceptû est: ergo oês credentes in xp̄m tenent non tm̃ articulos: sed etiâ totâ legê credere lucide: ꝛ ex consequenti explicite.

Secûdo

¶ Item glo. super illud Math. 27. Velum têpli scissum est dicit ecce veluz templi scissum est vt arca testamenti: ꝛ oia sacramêta legis que tegebant appareant: ꝛ ad omnes transeant: sed inter sacramêta legis sunt articuli fidei: ergo p passionê christi factû est: vt oês articuli fidei oibus credêtibus appareât: sed credêtes oês articulos fidei sibi apparêtes: tenêtur credere explicite: ergo oibus necessariû est credere oês articulos fidei explicite post christi passionem.

Tertio

¶ Itê cuilibet est necessarium vitare quêlibet errorem cuilibet articulo contrarium: sed non potest vitari malum nisi cognitû: ergo quilibet tenetur cognoscere quemlibet errorem cuilibet articulo contrarium: sed error contrarius articulo cognosci nô potest nisi articulus cognoscatur: ergo quilibet fidelis tenetur de omnibus articulis fidei distinctum habere cognitionem.

In opᵐ. i

Contra Mar. vlt. Predicate euâgelium omni creature qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit saluus erit: sed in euangelio nô ponitur explicite descensus christi ad inferos: ergo illû articulû explicite credere: nulli est necessarium ad salutê.

Secûdo

¶ Itez credere nô est nobis necessariû ad salutez: nisi ꝓpter cognitionê finis nostri: sed deus nô est finis noster nisi sub ratione qua summum bonû: ergo ad salutê non tenemur explicite credere: nisi q̄ deus est finis noster: ꝛ qd̓ est summû bonû.

Tertio

¶ Itê certû est q̄ aliqui sunt quibus nô est necessariû credere oês articulos fidei explicite: sed nullus christianus ad plura tenet q̄ alius nisi ad plura se obligauerit: ergo videt q̄ nullus tenet credere oês articulos fidei explicite nisi q se ad hoc specialiter obligauit.

Ad qônê fm mentê ꝓpriâ.

Augu. in sermone de ascensione.

ctū bis datū: semel in terra: ꝛ iterum de celo: vt
cōmendarētur nobis duo precepta charitatis
s. dei ꝛ proximi. Una est charitas ꝛ duo prece-
pta. vnus spiritus ꝛ duo data: qꝛ alia charitas
non diligit proximū nisi illa que diligit deum.
Qua ergo charitate proximuz diligimus ipsa
deū diligimus. Sed qꝛ aliud est deus: aliud ē
proximus: ꝛ si vna charitate diligūtur: ideo for
te duo precepta dicuntur ꝛ alterū maius ꝛ al-
terū minus: vel propter duos motus qui in mē
te gerūtur: dū deus diligitur ꝛ proximus. Mo
uetur enim mens ad diligendū deuz mouetur
ꝛ ad diligendū proximum: ꝛ multomagis erga
deū q̄ȝ erga proximum.

¶ De modo diligendi.

Consequenter moduz vtriusq dilectionis ad-
uertamus. Hec regula vt ait Augustinus dile

Augu. in lib. de doctri. chri.

ctionis diuinitus constituta est: vt deū propter
se ex toto corde ꝛ proximū diligas sicut teipsuz
i. ad qd ꝛ propter qd te ipsum diligere debes.
In bono ergo diligendus est proximus non in
malo ꝛ propter deū. Proximū vero omnē ho-
minē oportet itelligi: qꝛ nemo est cū quo sit ope
randuz male. Qui ergo amat homines vel qꝛ

Augu. 7. de trinit. c. 5.

iusti sunt: vel vt iusti sint amare debet: hoc ē in
deo vel propter deū. Sic enim ꝛ seipsum ama-
re debet. s. in deo vel propter deū. i. qꝛ iustus ē
vel vt iustus sit. Qui enim aliter se diligit: iniu

Psal. 10. Augu. de doc. xpi.

ste se diligit: qꝛ ad hoc se diligit vt sit iniustus.
ad hoc ergo vt sit malus: non ergo iam se dili-
git. Qui enim diligit iniquitatē odit animā su
am. Modus ergo diligēdi precipiendus ē ho
mini. i. quomodo se diligat vt prosit sibi. Quin
autē se diligat: ꝛ prodesse sibi velit: dubitare de
mentis ē. Modus autē precipitur cū ait: sicut
teipsum vt proximū diligas ad qd teipsum. Si
ergo te non propter te diligere debes: sed pro-
pter illuz vbi dilectionis tue rectissime finis ē:
non succenseat alius aliquis homo: si ꝛ ipsum
propter deū diligis. Huius dilectionis moduz
veritas insinuat dicens. Mandatū nouuz do

Joan. 13.

vobis vt diligatis inuicez sicut dilexi vos. i. ad
qd dilexi vos. s. vt filij sitis ꝛ vitā habeatis.

¶ De modo diligendi deum.

Dilectionis autē dei modus insi-

Aug. li. 1. d doctri. christia.

nuatur cuz dicitur. ex
toto corde. i. ex toto intellectu. ex tota aīa. i. ex
tota voluntate. ex tota mente. i. memoria. Ut
omnes cogitationes ꝛ omnē vitā ꝛ oēm intelle
ctū in illū conferas a quo habes ea que ꝯfers.
Hec dicēs nullā partē vite nostre reliquit que
vacare debeat sed quicquid venerit in animū:
illuc rapiatur quo dilectionis īpetus currit: ꝛ
diligere deum propter se modus est diligendi
propter deuz: ꝛ sunt isti duo modi diligendi de
um vt quibusdaz placet.

¶ De impletione illius mandanti.

Illud autem preceptū non peni-
tus īpletur ab homi
ne in hac mortali vita: sed ex parte nō ex toto:
qꝛ ex parte diligim⁹ sicut ex parte cognoscim⁹.
In futuro autē īplebitur ex toto. Unde Augu

Augu. de pfecta iustitia.

stinus. Cū adhuc est aliquid carnalis concupi
scentie: nō omni modo ex tota aīa diligitur de
us. Caro autē non dicitur concupiscere nisi qꝛ
anima carnaliter concupiscit. Cū autē venerit

1. Cor. 13

qd perfectuz est vt destruatur qd ex parte est. i.
vt iam non ex parte sit sed ex toto: charitas nō
auferetur ſꝫ augebitur ꝛ īplebitur. In qua ple
nitudine illud preceptū charitatis īplebit. dili
ges dn̄m deū tuū ex toto corde ꝛ c. Tūc erit iu-
stus sine peccato: qꝛ nulla erit lex repugnās mē
ti. Tunc prorsus toto corde: tota aīa: tota mēn
te diliges deū: qd est sūmū preceptū.

¶ Questio de precepti ratione.

Sed cur precipitur homini ista perfe-
ctio cū in hac vita eā nemo ha
beat? Quia non recte curritur si quo currendū

Augu. in eodem.

est nesciatur. Quomodo autē sciretur si nullis
preceptis ostenderetur. Ecce habes cur illud
preceptū est qd h̄ penitus īpleri nō potest. Im
pletur tñ ex parte. s. ſm perfectionē vie. Alia ē
enī perfectio currentis: alia peruenientis. Fa-
cit hoc mandatū vt cursor: qui deuz ante oīa ꝛ
pre oībus diligit: nec tñ oīno perficit.

¶ Qd alterū mandatū in altero est.

Cum autem duo sīt ꝑcepta cha-
ritatis: pro vtroq se
pe vnū ponitur: nec īmerito qꝛ nec deus sine ꝓ
ximo nec proxim⁹ sine deo diligi potest. Unde
apostolus omne mandatū legis dicit instaura
ri. i. contineri ꝛ īpleri in hoc verbo. Diliges pro
ximū tuū sicut teipsum. Et christus dilectionē

Aug. sup ioannez. Rom. 13 ꝛ Gal. 5.

proximi specialius cōmemorat dicens. Man
datū nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut di
lexi vos: vbi illud maius mandatū dilectionis

Joan.13. Aug.sup Joannez dei videtur pretermissuz: sʒ bene intelligentibus vtrunqʒ iuenitur in singulis: qꝛ qui diligit deū non potest euz contēnere quē deus precipit diligi: ꝛ qui diligit proximū: quid in eo diligunt nisi deū. Ipa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta. Quā distinguens dn̄s ait. sicut dilexi vos. quid eni nisi deū dilexit i nobis: nō quē habebamus sed vt haberemus. Sicut medicus egrotos ꝛ quid in eis diligit nisi salutez: quā cupit reuocare: nō morbū quē venit expellere. Sic ꝛ nos inuicē diligamus vt quantum possumus inuicem ad habendum in nobis deum ex dilectione attrahamus.

¶ Que charitate diligenda sint.

Sed que hac dilectiōe diligēda sint: iā ingramus.

Aug.i li. de doctrina christiana Non eni oia vt ait Augustinus quibus vtēdū est diligenda sunt: sed ea sola que vel nobiscuz societate quadā referuntur in deū sicut est homo vel angelus: vl' ad nos relata: beneficio dei per nos indigent vt corpus: qd̄ ita precipiēduz est diligi: vt ei ordinate prudenterqʒ ɔsulatur.

Dist.17. Distinctio. XXVII.

Cum autem christus fidem ꝛ spem nō habuerit ꝛc̄. Superius determinauit magister de fide ꝛ spe hic determinat de charitate: ꝛ diuidit i partes duas. ¶ Primo determinat de charitate qua diligimus deū. ¶ Secūdo de charitate qua diligit nos distin. 32. ibi [Premissis adyciēdū ē.] ¶ Prima i duas. ¶ Primo determinat de charitate qua diligimus deuz. ¶ Secundo de eius duratione distin. 31. ibi. [Illud quoqʒ p̄tereundum nō est.] ¶ Prima in tres. ¶ Primo determinat de ipsa charitate. ¶ Secūdo de his q̄ diligēda sunt ex charitate distī. sequēti. ibi. [Hic queri pōt.] ¶ Tertio de ordine diligendi distin. 29. ibi. [Post predicta de ordine charitatis agēdū est.] Prima in tres. In prima continuat se ad p̄cedentia. Scd̄o suam itentionem prosequit. ibi. [Charitas est dilectio.] In tertia ɔtinuat se ad sequētia. ibi. [Sed que hac dilectione.] Media istarum diuiditur i quatuor. In p̄ma determinat de essentia charitatis. In secūda de eius vnitate. ibi. [hic querit.] In tertia de modo diligēdi. ibi. [Cōsequēter.] In quarta de precepto dato de diligēdo. ibi. [Illud aūt preceptū.] Tertia istaruʒ diuidit in partes duas. In p̄ma determinat de modo diligendi proximū. ¶ In scd̄a de modo diligendi deū. ibi. [Dilectionis aūt dei.] Pars illa que ibi incipit illud aūt p̄ceptum diuidit in partes duas. Primo ostendit q̄ preceptum de dilectione dei nō perfecte implet in hac vita. ¶ Scd̄o ostendit q̄ preceptū de dilectione dei: ꝛ preceptum de dilectione p̄ximi mutuo se icludunt. ibi. [Cum aūt duo sint precepta.] Prima in duas. Primo facit q̄ supradictum est. Secundo mouet super hoc dubitationez ꝛ soluit ibi. [Sed cur precipitur.]

Circa hanc distinctionem queruntur. 9. principaliter. ¶ Primo de amore in generali. ¶ Secūdo de passione amoris in speciali. ¶ Tertio de passione odij. ¶ Quarto de passione delectationis. ¶ Quinto de passione tristitie. ¶ Sexto de virtute charitatis. ¶ Septio de actu eius. ¶ Octauo de modo diligēdi ex charitate. ¶ Nono de cōparatione charitatis ad alias virtutes. ¶ Circa primum queruntur tria. Primo vtrum in qualibet creatura sit aliquis amor. Secūdo vtrū quelibet actio cuiuslibet creature sit ex amore. Tertio vtruʒ vnitas cuiuslibet creature sit ex amore. Questio. I.

Primo ostendo q̄ nō in qualibet creatura ē aliquis amor: qꝛ s̄m Augu. 10. de trini. c. 1. Nō possunt amari: nisi cognita: sed multe sunt creature carentes cognitione: ergo multe sunt creature i quibus nullus ē amor. Q.ō.1. Argt.1.
¶ Item amor actus quidam est: sed aliqua est creatura: cui nullus debet actus. s. mā̄ prima: ergo in ipsa nullus ē amor. Secūdo
¶ Item s̄m auctorez sex principiorum. Ois actio est in motu: sed multa sunt que quiescūt: ergo in eis nulla est actio: sed ois amor actio quedā est: ergo multa sunt in quibus nullus est amor. Tertio Caplo d actione.

Contra: omnis appetitus boni ē amor: vel p̄cedēs ex amore: sed s̄m phm. 1. ethi. c. 1. Oia bonum appetunt: ergo in oibus est aliquis amor. ¶ Item s̄m phm. 2. de aia. Oia appetūt participationē diuini eē: sed talis appetitus aliquis amor est: ergo in omni creatura est amor essendi. In opp. primo Secūdo T. c. 34.

Respondeo q̄ amor generalissime dictus cōprehendit quālibet iclinationem in bonū: vnde quelibet talis iclinatio amor dici pōt extēdendo nomē amoris. Si aūt talis inclinatio nō p̄suppo nat in eo in quo ē aliquā cognitionem: sic amor est ɔueniens cuilibet creature. In qualibet. n. creatura est inclinatio ad ɔseruationem sui esse que ē quid bonum que inclinatio nullam in eo in quo est p̄supponit cognitionem: ꝛ est idita cuilibet creature a ɔditore: ꝛ hūc amorez vocat Diony. 4. c. de diuinis noibus nālez s̄m qd̄ exponit Cōmen. dicens. Nālem amorem dicit in aialium ꝛ isensibilium s̄m affectualem necessitatem. i. qualitatem cōditoris amoris. Si aūt illa iclinatio presupponat cognitionē aialem sic est amor quē Diony. 4. c. de di. no. vocat aialem. Sed hic amor nō est: nisi i creaturis i quibus est sensibilis appetit9 cuiusmodi sunt hoies: ꝛ aialia bruta. Si aūt iclinatio in bonum presupponat cognitionem rationis: sic est amor quē Diony. vbi s̄pus vocat itellectualez. Unde s̄m Cōmē. ibidem. Rationabiles hominuz animas itellectuales appellauit: ꝛ hic amor distinguit in tres: qꝛ iclinatio in bonum que nō presupponit: nisi nālem cognitionem boni absolute: ꝛ est a volūtate vt nā: amor nālis est alius: tn̄ ab amore nāli p̄mo modo dicto. Illa autem iclinatio in bonum: que presupponit cognitionem boni i relatione ad aliud: ꝛ est a volūtate vt deliberatiua respectu boni relati ad aliud: vt ad finem: vel circūstātias: vel ad aliquid aliud: amor electiuus est: qui p̄prie dicit dilectio. Si aūt ille amor sit p aliquē habituz: per quem sit acceptus deo: ꝛ dignus remunerari i vita eterna amor charitatiuus est. Si autem iclinatio i bonuz presupponat aīorem cognitionem: q̄ȝ sit cognitio aie creatam tn̄ sic est ille amor quē Diony. vbi supra vocat angelicum. Ex dictis patet: q̄ nullus amor ē cōmunis omni creature: nisi amor primo modo dictus. Nec tibi videatur absurdum nālem appetitum creaturarum cognitione carētium vocare amorē cum Diony. ipsum amorem dicat vt dictum est: ꝛ cum dicat sacra scriptura. Job. 37. Qꝫ frumētuz desiderat nubes. Et cum videamus amorez nostrum iquātum distinguitur ɔtra omnem cognitionem nō esse nisi iclinationem volūtatis i bonum: q̄ȝuis icomparabiliter altiorē: q̄ȝ sit in rebus carētibus cognitione. ¶ De amore p̄mo modo dicto procedūt argumēta ad partē scd̄az. Amor in oi creatura.

Ad primum in oppositum dicēdum q̄ procedit de amore qui ē iclinatio i bonum presupponens cognitionem in eo i quo est. Ad p̄m
¶ Ad secūdum dicēdum q̄ materie p̄me debet aliquis actus: quāuis in entibus teneat ifimum actualitatis gradum. vnde ꝛ in ipsa est nālis iclinatio ad perfectionez sui esse: qd̄ est per formam. Unde Diony. 4. c. de di. no. dicit ip̄ʒ qd̄ nō est appetere bonum aliquo modo: vocās qd̄ nō est Ad 2m Prie materie aliquis act9 debetur.

materiam

materiam ſm quod exponitur in cōmen. que dicitur ꝙ nō eſt: nō eſt oīno nihil ſit: ſꝫ qḋ exponitur ibidē. ❡ Ad 3m
tertiū dōm: ꝙ ſi illa auctoritas intelligatur de motu pro prie dicto qui eſt actus entis in potentia ſm ꝙ huiuſ: ſic nō eſt vera niſi de actione que eſt in paſſo ſicut in ſubiecto. Preter aūt talē actionē eſt in qualibet creatura actu exiſtente aliqua actio ſine omni motu ꝓprie dicto. Unde Auicē. 9. meta. c. 2. dicit ꝙ inclinatio ad motū qui eſt in re quieſcēte per violētiā eſt aliud ꝙ̄ ipſe motus: ⁊ ꝙ̄ virtus mouens: ⁊ hec actio continue eſt in graui per violētiā quieſcente.

Qō. 2. Queſtio II.

Arg̃ pᵒ T. c. 70. SEcundo querit̃ vtrum quelibet actio cuiuſlibꝫ creature ſit ex amore. Et videt̃ ꝙ nō: quia idē in numero nō eſt actionis finis ⁊ principium: qꝛ ſm phm̄. 2. phyſico. Efficiēs ⁊ finis nō coincidūt in idem numero: ſed amor eſt finis actionis cuiuſlibet creature: vnde in commēto 4. de diuinis no. dicitur ꝙ amor eſt naturalis motus omniū rerum que in motu ſunt finis: ergo nō omnis actio

Secūdo creature eſt ex amore. ❡ Itē actio que eſt ex odio nō eſt ex amore: qꝛ eadē actio non eſt ex oppoſitis cauſis: ſꝫ creature multa agūt ex odio: ergo nō oīs actio cuiuſlibꝫ crea

Tertio ture eſt ex amore. ❡ Itē cognitio in anima noſtra nō eſt ex amore: qꝛ cū anima noſtra ſit ad imaginem dei: tunc emanatio que eſt in diuinis per modū intellectus eſſet ꝑ terminationē que eſt per modū amoris: ⁊ ſic ſpiritus ſanctus ſm rōnē intelligendi eſſet prior verbo: qḋ falſum eſt ergo in nobis nō omnis actio eſt ex amore.

In oppoſitū pmo T. c. 49. COntra omne qḋ agit propter aliqd mouet̃ ad agēdum ex amore illius ꝓpter quod agit: ſed ſm phm̄. 2. phyſi. Intellectus ⁊ natura agunt ꝓpter aliquid: ergo cū omnis actio creature reducatur ad actionē intellectualē vel naturalē: omnis actio cuiuſlibet crea

Secūdo ture eſt ex amore. ❡ Itē ſm Auicē. 9. metaphy. c. 2. Nulla virtus mouet niſi mediāte inclinatione: ſed inclinatio in aliquod amor eſt: vt haberi pōt ex p̄cedēti qōne: ergo nulla virtus mouet vel agit niſi mediante amore.

Ad qōnē ſm mentē ꝓpriā. REſpondeo ꝙ extendendo nomen amoris ad oēm inclinationē in bonum quelibet actio cuiuſlibet creature eſt ex amore. Actiones eni rerū corruptibiliū cognitione carētium: omnes ſunt ex naturali amore quo naturaliter appetūt conſeruationem

T. c. 34. ſui eſſe in ſe vel in ſuo ſimili. Unde phs. 2. de aīa dicit ꝙ oīa eſſe appetunt ⁊ illius cauſa agunt quecūq; agunt ſm naturam: qḋ in aliquibus pōt exēplificari. Quia eni eſſa naturaliter appetunt conſeruationē ſui eſſe: adeo mouent ſe ad loca in quibus eſt celeſtis influentia in illa proportione in qua eſt ſaluatiua eſſe eorum. Ex naturali etiā appetitu quo appetūt ſaluari in ſuo ſimili educit vnum elementum formā ſuam de materia alterius elemēti. Et ex naturali appetitu quo omnia exiſtentia appetunt ſuam diffuſionem ⁊ cōmunicationem inquātū bona ſunt multiplicant ſimilitudines ſuas: vñ ex hoc appetitu lux educit ſui ſimilitudinem de medio ⁊ color. Actiones etiam brutoꝝ omnes ex aliquo amore procedunt: qꝛ oēs eorum actiones ſunt: aut apprehendere: aut appetere: aut ꝓcedēres exiſtes: aut ſunt non preſupponentes cognitionē. Si nō preſupponūt cognitionē ꝓcedunt ex naturali appetitu nō preſupponente cognitionem. Si autem preſupponunt cognitionem ⁊ appetitum planum eſt ꝙ ex amore procedūt preſupponēte cognitionē. Ipſa etiā eorum cognitio omnem motum ſenſitiui appetitus precedens ꝓcedit ex naturali appetitu quo eorū apprehēſiua ſuā appetit perfectionem que eſt in cognoſcendo. Omnes etiam actiones hominum ex aliquo amore procedunt: quia ſi ſint tales ꝙ non preſupponūt cognitionem procedūt ex naturali appetitu nō preſupponēte cognitionem. Intellectualis etiā eorum cognitio procedit ex naturali appetitu: quo intellectus appetit ſuā perfectionem que eſt intelligendo: ⁊ loquor de intellectione quā motus voluntatis preſupponit. Perfectior etiā intellectio eſt per motū voluntatis qui eſt amor perfectionis in intelligēdo de qua dicit Augu. 9. de tri. verſus finē. Q̄ partum mentis antecedit appetitus: ⁊ li. 83. q. qōne. 35. Nullum bonum perfecte noſcitur quod non perfecte amatur. Actiones autē eorū preſupponētes intellectualem cognitionē: aut ſunt motus a volūtate eliciti: aut impari per aliquē motū a volūtate elicitum: ſed omnis motus a voluntate elicitus aut eſt amor: aut ex amore procedens: ergo oēs hominis actiones preſupponētes intellectualem cognitionē: aut ex amore procedunt: aut videtur aliquis amor: ⁊ ſic patet nulla penitus eſſe hominis actionem aliam ab amore que ex aliquo amore nō procedat: ⁊ patet ex dictis quō poſſet hoc declarari de actionibus angelorum. Omnium aūt creaturarū actiones volēs ſignificare diony. ex aliquo amore procedere dicit. 4. c. de di. no. Amorē ſiue diuinū: ſiue angelicum: ſiue intellectualē: ſiue animalē: ſiue naturalem dicamus vnitiuam quādam ⁊ cōtinuatiuā intelligemus virtutē ſuperiora quidē mouentē ſpo
videntiam inferiorum equiformia iterum inſociabilem viciſſitudinē ⁊ nouiſſima ſubiecta ad meliorum ⁊ ſuppoſitorum conuerſionem.

AD primum in oppoſitū pōt dici ꝙ nō eſt idē amor in numero ex quo ꝓcedit actio creature cum illo qui eſt finis naturalis motus omnium rerum que in motu ſunt. Hic enim amor eſt amor dei perfectiuus: ad quē ordinantur oīum creaturarū motus mediate vel imediate. Actiones elemētoꝝ ordinant̃ ad actiones mixtorū: ⁊ actiones mixtoꝝ non viuētiū ad actōes viuētiū ⁊ actōes viuētiū vegetatiuoꝝ tm̄ ad actiones ſenſibiliū ⁊ actōes ſenſibiliū ad actōes itellectualiū vł rōnaliū: ⁊ actio rationis ad actionem voluntatis: ⁊ omnis actio volūtatis ad illam que in perfectio dei amore cōſiſtit: vnde in commēto precallegato dicitur ꝙ vltra amorem qui eſt finis nullius creature progreditur motꝰ. Poteſt etiā dici ad argumētum ꝙ in primo ꝑncipio ſua ꝓpoſitio nō habet virtutem. Idem enim in numero eſt primū principium ⁊ vltimus eſt finis: nec demotiuo ad agēdum: qꝛ finis mouet efficiētem ad agēdum. vnde idē amor in numero pōt eſſe motiuum ad aliqd agēdum ⁊ finis actionis illius. ❡ Ad ſecūdum dōm ꝙ omnis actio ꝓcedēs ex odio procedit ex amore inquātum omne odium ex amore ꝓcedit. Nulla enim creatura odit aliqd: niſi qꝛ repugnās eſt vel contrariū bono amato: qꝛ eni creature amat eē: ideo odit corruptionē eſſendi: ⁊ ſic de alijs. ❡ Ad tertiū cū dr̄: ꝙ cognitio i aīa noſtra nō eſt ex amore ⁊c̃. dico ꝙ verū eſt loquēdo de amore qui eſt pars imaginis. Naturalis aūt amor ex quo procedit in nobis intellectio precedens omnem volūtatis actum pars imaginis no eſt. Ad 2m. Ad 3m.

Qō. 3. Queſtio. III.

Argu. pᵒ TErtio querit̃ vtrū vnitas cuiuſlibet creature e ſit ex amore. Et videt̃ ꝙ nō qꝛ ex amore nō eſt eſſe rei. Amor enim preſupponit eſſe. Sed per illud per quod res habet

T. c. 8. T. c. 8. eſſe eſt vna: vt ex quarto ⁊ decimo metaphy. poteſt haberi: ergo nulla eſſentialis vnitas rei eſt ex amore. ❡ Itē

Secūdo vnitas ex cōtrarijs conſtituta nō eſt ex amore: qꝛ iter cōtraria inquātum cōtraria nō eſt amor: ſed ſm phm̄ primo phyſi. principia nature ſunt cōtraria: ergo nullius vni

Tertio tas producti per naturam eſt vnitas ex amore cauſata. ❡ Itē vnitas creata ex rebus inter ſe pugnantibus: ⁊ ſe mutuo corrumpētibus nō eſt ex amore cauſata: quia inter talia nō eſt amor: ſed vnitas machine mūdialis eſt ex elementis contra ſe inuicem pugnātibus: ⁊ ſe mutuo corrumpentibus: ergo vnitas machine mundialis non eſt ex amore.

In oppo situ pᵒ **Contra** super illud quarto de di.no. Amorem sive divinum ⁊c. dicit cōmentū. amor est cōnexio ac vinculum quo omnium universitas ineffabili amicitia insolubiliq; unitate copulatur: ergo amor est omnis unitatis causa.

Secūdo. ¶ Itē odiū est causa cuiuslibet divisionis ergo per contrariū amor est causa cuiuslibet unitatis.

Ad qōnē ꝯm mentē ppriā. **Respondeo** q̄ unitas cuiuslibet creature est ex amore vel existente inter principia creature que est una vel existente in causa principiorum causatorum. Causa enim prima que deus est ex amore produxit creaturā: ⁊ eius prima principia. s. materiā ⁊ formā. Ex amore aūt naturali inter materiā ⁊ formā est unitas compositi ex materia ⁊ forma in virtute tamē illius amoris quo deus pduxit creaturā: nisi enī esset nālis iclinatio inter materiā ⁊ formā non cōstitueret p essentiā unū ex ipsis ex amore etiā elementoꝝ ad celeste influentiā in illa pportione in qua est salvativa nature eorum que proportio respectu ignis: maxime viget in cōcavo orbis lune ⁊ respectu terre in cētro ⁊ respectu aque ⁊ aeris in locis ubi sunt quā influētiā nō potest recipere inferius elemētū nisi superior: mediate est coniūctio ignis cuz orbe lune ⁊ omniū elemētorū inter se ex quorum coniunctione cōsistit unitas machine mūdialis ordinata. Ex amore est etiā unitas societatis aīalium brutorum ⁊ hoīum. Unde super illud. 4. de divinis nominibus unitivā quādā ⁊c. dicit commē. ex hac amatoria virtute etiam volucres gregatim cōvolant: ut cigni ⁊ anseres ⁊ grues ⁊c. ⁊ ut generaliter dicā nunq̄ plura in aliquā unitatē conveniūt nisi per aliquē amorē: unde ⁊ unitas hominis in seipso ⁊ famil. e in domo ⁊ civium in civitate ⁊ multitudinis in regno ex amore processerunt ⁊ cōservantur per amorem: ⁊ propter hoc Diony. 4. c. de di. no. bene vocat omnem amorem unitivā ⁊ cōtinuativam virtutem.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum cum dicitur q̄ ex amore nō est esse rei ⁊c. dico q̄ verum est loquēdo de re simplici ⁊ de amore existēte in ipsa esse tn̄ rei cōposite aliquo modo est ex amore existēte in ipsa inquātū est ex amore pncipiorum suorum que in ipsa sunt quāvis prius in ordine nature habeat esse q̄ ille amor in ipsa sit sicut est prius ordine nature cōpositum q̄ principia sua sint in ipso quāvis prius ordine nature sunt principia q̄ cōpositum.

Ad 2ᵐ ¶ Ad secūdum dōm q̄ illa principia de quibus loqtur philosophus sunt forma ⁊ privatio quoꝝ unum. s. privatio nō est principium essendi quāvis requiratur ad trāsmutationem: q: nihil transmutatur ad illud qd̄ iam habet. unde ex forma ⁊ privatione nō constituitur unitas rei genite: sed ex materia ⁊ forma inter quas nō est cōtrarietas: sed proportionalis ⁊ mutua inclinatio naturalis ad constitutionem unius.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū dōz: q̄ unitas machine mundialis non est ex elemētis sub ratione qua inter se pugnāt ⁊ mutuo se corrumpūt: sed inquātum forma unius est in potētia in materia alterius quā naturaliter appetit educere i actuz ⁊ inquātum unum recipit influentiā celestem sui salvativam mediāte alio pp̄ter quod cum in v:nali everso in aqua inter existēte cādela aer per accidēs inspissatur ascēdit aqua ut semper remaneat aeri vicina: ⁊ inquātum elementa naturalem inclinationem habent ad bonum universi totius sic ⁊ multi homines inter se invicem contrary quandoq; coadunant se propter amorem communis boni.

Experimentum nota.

COnsequenter queritur de secūdo principali: ⁊ circa hōc queritur tria. ¶ Primo utrum cā passionis amoris sit solū bonum cognitum simile amantis. ¶ Secundo utrum omnis alia passio ab amore sit effectus amoris. ¶ Tertio utrum passio amoris sit essentialiter transformatio appetitus sensitivi in amatum.

Questio. I.

Q̄ō. 1. Argu. pᵒ **P**Rimo ostendo q̄ non solum bonū cognitum simile amanti est causa passionis amoris: q: ut superius habitum est amor invenitur in rebus carētibus cognitionem: ⁊ constat q̄ ille amor non electivus: ergo est passio.

Secūdo ¶ Item ꝯm Diony. 4. c. de di. no. Nō solū bonū: sed etiam pulchrum est amabile: ergo nō solū bonum est causa amoris.

Tertio ¶ Item ens sub rōne qua obiectum intellectus nō est causa amoris: q: sub illa ratione nō est obiectuz appetitus in quo est amor: sed ens sub ratione qua bonum est obiectum intellectus: q: nō tātum apprehēdit rei entitatem: sed etiā rationem bonitatis sue: ergo ens sub ratione, qua bonum non est, causa amoris. Item carentia mali est amabilis: sed nō importat aliquod bonum: q: nihil positivū dicit cū possit vere dici de nō ente: nō ens enim nullum habet malum: ergo nō solum bonū est causa amoris.

Quarto ¶ Itē q̄ prover. 13. Inter superbos semp iurgia sunt. Illi etiā qui sunt unius opificy magis rixantur inter se q̄ aly: ⁊ aves vivētes de eadem preda magis pugnāt inter se q̄ aly: ergo similitudo nō est causa amoris sed magis ody: nō est ergo verū q̄ solum bonū cognituz amāti simile sit causa amoris.

In oppositū pᵐo **Contra** Augu. 8. de tri. c. 3. Non amatur nisi bonū ⁊. x. li. c. 1. Quod quilibet prorsus ignorat hoc amare nullo modo potest: etiam Eccl. 13. dicitur q̄ omnis caro ad similem sui coniungetur: ⁊ omnis homo simili sui sociabitur: ergo solum bonum cognitum amāti simile est causa amoris.

Ad qōnē ꝯm mentē pp̄riā **R̄ndeo** q̄ solū bonū cognitū sile amāti ē cā passiōis amoris: q̄ aūt solū bonū sit cā amoris eo modo quo obiectum est passionis causa pz per hoc q̄ sensitivus appetitus nunq̄ potest aliquid appetere nisi illud apprehēdat ut cōveniens sibi. omne aūt tale apprehēditur ut bonum appetēti. Q̄ autem oporteat illud esse cognitū ad hoc ut causet passionez amoris animalem experiētia docet: q̄ etiam oporteat illud est simile appetēti: ita q̄ amās illud habeat in actu, q̄ amatum habet in actu: vel ita q̄ unū habeat in actu quod aliud habet i potētia: aut ita q̄ proportio amantis ad aliquid sit simili pportioni rei amate ad aliud idem que similitudo est causa amoris inter aliquos: quia sunt inimici eiusdem vel amici ad aliud que similitudo est causa amoris inter aliquos q sunt inimici eiusdem: vel amici: vel ad aliud que similitudo est causa amoris quo bonus miles quādoq; diligit bonū clericuz: hoc patet: q: appetitus sensitivus nihil appetit nisi quod apprehēdit: ut cōveniēs sibi: nihil autē apprehēditur ut cōveniēs nisi simile sit apprehēdēti ⁊ appetēti aliquo predictorum modorum.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppositū dōm: q̄ q̄uis amor rerum carētium cognitionem nō sit electivus: tamē nō est passio animalis d qua hic est sermo. Et preterea bonum quod appetūt quāvis nō sit cognitū ab eis: est tn̄ cognitū ab institutore nāe q appetitū eis indidit ad illud bonū qd̄ appetūt.

Ad 2ᵐ ¶ Ad secundū dōm: q̄ pulchrum est amabile per hoc quod idem est q̄ bonū. A nullo enī pulchro excludit ratio boni. Vel pōt dici q̄ si pulchrū inq̄tum pulchrū amet: hoc est q: inquātum tale est bonū cognitive virtutis que in eo quietat sicut videmus q̄ amabilis est rō veri inquātū est bonū itellectus.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū cū dī q̄ ens sub rōne qua bonū est obiectū itellectus ⁊c. dico q̄ verū est: q: quāvis cognoscat rei entitate ⁊ boni rōne: nō tn̄ cognoscit eaz nisi iquātū est ens vel verū.

Ad 4ᵐ ¶ Ad quartū dōm q̄ sicut ꝯz phīm. 5. ethi. c. v3. In boni rōne sit minus malum ad maius maluz: ita dico q̄ carētia mali in cōparatione ad malū apphēditur sub rōne boni. Unde ⁊ p se est appetibilis sed nō pmo.

Ad 5ᵐ ¶ Ad q̄ntū dōm: q̄ predicti nō repugnant

inter

inter se:q: similes:sed inquantum vnus timet ab alio si/ bi auferri vel minui rē magis amatam. vnde ideo super/ bus odit superbū:q: per euȝ timet sibi auferri vel minui propriam gloriam quam magis amat:⁊ opifex lucrum ⁊ suis predam.

Q̄ō.2. Questio. II.

SEcundo queritur vtrum ois alia pas/ sio ab amore sit effectus amo ris. Et videtur q̄ nō. Effectus non est fortior sua causa:sed odiuȝ est fortior passio q̄ȝ amor: q: ſm Augu.li.83.q̄ōnū.q̄ōne.36. Nemo est qui non ma gis dolorē fugiat q̄ȝ appetat voluptatem:ergo odiū non est effectus amoris.

Argū̄ p°

Secūdo

¶ Item extasis est passio quedam ⁊ nō est effectus amoris:q̄a per extasim aliquis quasi egre ditur extra se:sed amans per amorem conatur attrahere amatū ad se nō extra se exire:vt pgat in amatū:ergo non ois passio est effectus amoris.

Tertio

¶ Itē zelus est origo con/ tētionis vel sibi cōcordās:vnde Aposto.1.Cor.3.iungit illa simul dicens:cū sit inter nos zelus ⁊ contētio: sȝ ori/ go dissensionis nō est effectus amoris:ergo cum zelus sit passio:nō ois passio est effectus amoris.

Quarto

¶ Item corru/ ptiuum amoris nō est effectus eius:sed passio ire corrū/ pit amorē:q̄a generat odiū:ergo non omnis passio est ef fectus amoris.

Quinto

¶ Itē causa amoris nō est effectus amo/ ris:sed delectatio est cā amoris. Amāt enim multi ꝓpter delectationem vt habet ex verbis.ph̄i.8.ethi.c.3.⁊.4.er go nō omnis passio est effectus amoris.

In oppo situ̇ p̄mo

COntra p̄ma omniū passionum est causa olum alia rum:sed amor p̄ma est omnium passionuȝ primus enim motus appetitus est inclinatio ad bonum. ergo oēs alie passiones sunt effectus amoris

Secūdo

¶ Item su perius ostēsum est actionē cuiuslibet creature procedere ex amore:sed quelibet passio in aliqua actione cōsistit vel ex aliqua actiōe causatur:ergo quelibet passio est ex amo re mediate vel imediate.

Tertio

¶ Itē augu.14.de ci. dei.c.vj. dicit amorē esse cupiditatē timorē letitiam tristitiā quod nō est verū loquēdo de predicatione per essentiam : ergo hoc intelligitur causaliter. Sed qua rōne predicte passio nes sunt effectus amoris eadem rōne ⁊ alie.

Ad q̄ōnē ſm men/ tē ꝓpriaȝ.

REspondeo q̄ omnis alia passio ab amore est effectus amoris. Omnis enī pas/ sio: aut est respectu boni:aut est respectu mali:si respectu boni aut est inclinatio in bonum absolute seu cōplacētia respectu boni absoluti:⁊ sic est amor aut tēdentia in bo/ nū futurū:aut quies in p̄senti bono. Tendētia aūt in ali/ quod ⁊ quies in illo dum p̄sens est causantur inclinatio ne ad illud:sicut ex inclinatione grauis ad locum deor/ sum causatur eius motus ad illū cū absens est:⁊ quies in illo dū p̄sens est. Ois ḡ passio respectu bōi ē effect° amo ris. Si aūt passio sit respectu mali aut ī displicētia respcū mali absolute dicti: ⁊ sic ē odiū aut fuga ipsi° dū futur ē aut q̄si violēta quies ī ipso dū p̄sens est. Fuga aūt mali futuri seu eius inuasio ad destruēdū effectus est displicē/ tia mali. Similiter violētia quietis in ipso dum presens est sicut ex discōuenientia grauis ad locū sursum refugit graue locū sursum nec ibi quiescit nisi violēter. Omnis ergo passio que est respectu mali est effectus odij:⁊ quia appetitui nō displicet maluȝ nisi inquantū est contrariū bono amato.ideo oportet cōcedere q̄ odium sit effectus amoris:⁊ sic patet q̄ ois est imediate ⁊ mediate alicuius amoris effectus.

Cur sen/ tit magis odiuȝ q̄ȝ amor et pl° amor in absen/ tia q̄ȝ in p̄ntia.

Ad primum in oppositū̇ dōm:q̄ odium non est fortior passio q̄ȝ amor sed ecō/ uerso:apparet tū̄ q̄nq̄ȝ odiuȝ fortius q̄ȝ amor ꝓpter hoc q̄ magis sentit.eo q̄ actus sentiēdi in quadā imutatiōe cōsistit:res aūt odita est repugnans obiectū: ⁊ res amata est amāti quasi nālis facta:quapropter amor nō ita senti/ tur in p̄ntia rei amate sicut in absentia ſm Aug.x. de tri. versus finē:⁊ tū̄ est fortior in p̄sentia amati. Ex quo pa/ tet:quare desideriū magis sentitur q̄ȝ amor quāuis non sit passio ita fortis. Ad auctoritatē aūt augu.dōm q̄ non est intelligēda ceteris paribus:sȝ respectu doloris multū oditi vtpote est dolor corrūpēs vitā:⁊ respectu volupta tis parū vel minus amate:nō est aūt incōueniēs q̄ aliqd odium fortissimum sit for tior passio aliquo debili amore.

Ad 2ᵐ Extasis qd ⁊ quō cōtingit.

¶ Ad scdm dōm:q̄ extasis est extra se positio vel excel/ sus mētis ſm papiā:qd pōt hōi cōtingere ⁊ ſm cognitio nē.s.cū ponit extra sibi ꝓportionatā cognitionē vel per excessiuā eleuationē ad cōtē latione superiorū:vel p ex/ cessiuā depressionē ad imaginationē inferiorū:⁊ ſm appe titū qn vehemēti motu fert appetitus in aliqd quasi exi/ ens extra ꝓportionatū sibi desideriū:vnde illa extasis vi det esse desideriū excessiuū:p̄me extasis est amor cā dispo sitiue inquātū q̄si ɔtinue facit cogitare de amato. Scōe aūt extasis est causa directe. Cū aūt dicitur q̄ amor tra/ hit ad se amatū:pōt dici q̄ in amore amicitie amor tēdit in amatū quasi nitēs in amato esse. vnde Ber.lib.de p̄ce pto ⁊ dispēsatione versus finē dicit q̄ nō est p̄ntior sp̄us noster vbi animat q̄ȝ vbi amat qd intelligēdū est quātū ad ornatū affectionis sue:q̄a gerit curā per ꝓuidentiam amati sicut sui ipsius. In amore aūt cōcupiscētie amans p̄mo tendit in amatū:vt ip̄m attrahat ad se:q̄a tali amo re amās nō diligit amatū nisi p se.

Ad 3ᵐ. zelus ml̄tiplex ac ceptio.

Ad tertiū dōm:q̄ ze/ lus accipi pōt pro amore intēso cōpatiēte cōsortiuȝ in re amata. Alio modo p emulatione rerū meliorū: alio mo/ do p inuidia:⁊ quocunq̄ȝ istoȝ modoȝ accipiatur amor est aliquo modo causa eius.

Inuidia vnde pro uenit.

Intētio enim amoris est acci dēs amoris:subiectū aūt est accidētis aliquo modo causa Emulari etiā res meliores ꝓcedit ex amore earū : inui/ dia etiā ꝓcedit ex amore mediāte odio.

Ad 4ᵐ

¶ Ad quartum dōm:q̄ passio ire respectu vindicte in quā tēdit vt in rē apphēsam vt bonum sibi est etiam respectu illius de quo querit vindictā tanq̄ȝ de re apphensa vt mala sibi. vnde ira p̄supponit tristitiā ⁊ includit spem. Tristitia autem ⁊ spes sunt effectus amoris:⁊ ex cōseq̄nti ira nō illi° amo ris quē destruit:sed alterius.

Ad 5ᵐ

¶ Ad q̄ntum dōm : q̄uis delectatio sit causa alicuius amoris:tū̄ necessarium est de lectationē p̄supponere aliquē amorē. Nullus enim dele/ ctatur nisi in re amata.

Q̄ō.3. Questio. III.

TErtio queritur vtrū passio amoris sit es/ sentialiter trāsformatio appetitus sensitiui in amatū.

Argu.p°

Et videt q̄ nō:q̄a effectus amoris nō est amor:sed trāsformatio est effect° amoris. Unde Hugo in soliloquio de arra anime. Causa amoris est vt talē te eē necesse sit quale est illud qd amas ⁊ cui p effectū cōiūgeris in ipsius sil̄itudinē: ipsa quodā mō dilectionis socictate trāsformaris :ergo nullus amor est ipsa trāsformatio.

Secūdo

¶ Itē ſm augu.8.de tri.c.7. Amor est inherētia:sed vnā rē inherere alij nō est eā trāsforma/ ri in aliā cū videamus aliq̄n aliquā rē alij inherere absq̄ȝ hoc q̄ trāsformet in eā:ergo nullus amor est trāsforma/ tio in rē amatā.

Tertio

¶ Itē actus itelligendi causatur ex assi milatione itellectus ad rē intellectā:ergo a sīli amor cau satur ex assimilatione appetitus ad rē amatā :⁊ sic non videt q̄ amor sit transformatio in amatum:sed ex trans/ formatione causatur.

In op̄m p̄mo. Nota ſ ō amore.

COntra ſm augu.xj.de tri.c.ij. Uisio est forma que a visibili imp̄mit sensui:ergo a sīli amor sensi bilis est ipsa iformatio appetitus sensitiui a re que amat. sed iformari a re aliqua est trāsformari in sil̄itudinē illius ergo passio amoris est trāsformatio appetitus sensitiui in sil̄itudinē amati. ¶ Itē vt supius visuȝ est:amor est icli/ natio appetitus in rē amatā. Sed iclinatio vnius rei in rē aliā est trāsformatio in sil̄itudinē illius qd pȝ in iclina tione que est p motū localē:cū.n.hō inclinat versus ter/ rā trāsformat in aliquā sil̄itudinē terre que est iferiorita Similiter pȝ in iclinatiōe que est p alteratiōe:aquā cal

inclinari per alterationem ad ignem est ipsum transfor/mari in caliditatē que est aliqua silitudo ignis: ergo silr sclinatio que est amor: est trāsformatio appetitus sensitiui in aliquā silitudinem amati.

Ad qōnē ſm men/tē ppriā. Respondeo ꝙ passio amoris est essentialr trāsformatio appetitus sensitiui in aliquā silitudinē amati. Talis eni amor passio est nō destru/ctiua que assimilat corruptioni cuiusmodi passio ſm aliquos est odiū: sed est passio saluatiua que in hoc magis assimilat generatiōi. Talis aūt passio est trāsformatio patientis in silitudinē agētis: vn̄ aerē pati a luce est ipsum trāsformari silitudinē lucis que est lumē. Passio ergo amoris est trāsformatio potētie appetitiue: in qua imediate ē amoris passio in silitudinē agētis istā passionē. Agēs autē passionē amoris est bonū cognitū ꝯueniēs seu sile ap/petitui: eo modo quo obiectū est cā passionis: ergo amor est trāsformatio appetitus sensitiui in silitudinē talis boni: ꝛ qꝛ tale bonū est amatū recte dictū est ꝙ sit trāsformatio in similitudinem amati.

(margin: amor passio saluatiua: odium aūt dstructiua.)

Ad pᵐ Ad primum in oppositum dōm: ꝙ amor ꝛ est trāsformatio que dicta est: ꝛ causa est alterius trāsformationis corpalis sicut nitit ad realē vnitatem amatoꝝ. ℭ Ad scōm dōm: ꝙ ꝛ si vna res

Ad 2ᵐ possit alij corporalr inherere absqꝫ sui trāsformatione in silitudinē illiꝰ: tn̄ hoc nō est verū de inherentia sensitiui appetitus. Uel pōt dici ꝙ ēt de inherētia corpali minor argꝰ nō hꝫ vlr veritatē. Cū enim aliqua res corpalis ꝑus nō inherēs terre efficit inherēs terre accedit ad aliquam

Ad 3ᵐ silitudinē terre. s. ad iferioritatē. ℭ Ad tertiū dōꝫ ꝙ trāsformatio appetitꝰ que est amor nō ꝑsupponit aliā transformationē nisi in virtute cognitiua. Sicut eni cognitiua p suū obiectuꝫ mediāte obiecti silitudine trāsformatur trāsformatione que est cognitio: sic appetitus sensitiuus p bonū sensibile cognitū imediate trāsformat transformatione que est amor. Sic ergo ex ꝑdictis vides tres trāsformationes. vnā. s. in vi cognitiua quam ꝑsupponit aialis amor. aliaꝫ in appetitu sensitiuo que est ipse amor q̄ est passio aialis tertiā in corpore que est amoris effectus. ℭ Argumenta ad parteꝫ aliā gr̄a cōclusiōis pn̄t ꝯcedi.

Consequenter querit de tertio ꝑncipali: ꝛ circa hoc queruntur tria. ℭ Primo vtrū obiectū odij sit malū tm̄. ℭ Scdo vtrū odiū sit ꝯtriū amori. ℭ Tertio vtrum aliquod malum possit odiri in vni/uersali.

Qō. 1. Questio. I.

Argu. pᵒ Primo ostēdo ꝙ obiectum odij nō sit malū tm̄: qꝛ nō oē odiū est bonū: sꝫ odire malū semp est bonū: ergo obiectū odij non est malum tantum.

In oppositū pmo Contra sicut se hꝫ amor ad bonū: ita odiū ad malū: sed obiectū amoris est bonū tm̄. Nullus. n. pōt aliqd amare nisi sub rōne qua bonū: ergo a sili obiectum odij est malum tantum.

Ad qōnē ſm mentē ppriā. Respondeo ꝙ de obiecto odij possumꝰ loqꝫ dupl̄r. s. aut de eo qḋ est obiectū eius p se: aut de eo qḋ est obiectū p accidēs. ℭ Primo mō obiectū odij nō ē aliqd nisi apphēsū sub rōne q̄ maluꝫ. Nullꝰ eni pōt aliqd odire nisi inq̄ztū ipm apphēdit sub aliq̄ rōne mali. ℭ Scdo modo loquēdo de obiecto: dico ꝙ bonū pōt eē obiectū odij: sicut eni appetitus qn̄qꝫ tēdit p accn̄s in aliqḋ malū inquātū tēdit in bonū: cui illud malū annexū est: sic odiū frequēter p accidēs refugit bonuꝫ inquātū p se refugit malū qḋ est annexum illi bono.

Ad pᵐ. Ad primum in oppositū dōm: ꝙ odire maluꝫ cui annexū est malus bonū qḋ refugit pp malū nō est laudabile: qꝛ nō dꝫ refugi bonū ſm plr p malo ſm qd: sicut nec dꝫ appetitus tēdere p accidēs in malū simplr ꝑ bono ſm qd. Uel pōt dici breuius ꝙ aliquid qn̄qꝫ quod est bonum simplr apprehēdit sub rōne mali. Et sic odit bonum simplr: qꝛ apprehendit vt

Ad 2ᵐ malū. ℭ Ad scōm dōm ꝙ quāuis vnū ꝛ idē nō possit simul eē bonū ꝛ malū absolute: tn̄ vnū ꝛ idē pōt esse cōueniēs vni ꝛ discōueniēs alij: ꝛ qḋ repn̄tat appetitui vt ꝯueniēs sibi repn̄tat sibi sub rōne boni: ꝛ ꝙ repn̄tatur ei vt discōueniēs sibi repn̄tatur sibi sub rōne q̄ mali. Qō. II.

Qō. 2. Argt. 1. Secundo querit vtruꝫ odiū sit ꝯtrium amori. Et videt ꝙ nō effectꝰ nō ꝯriat sue cause: sed vt trahi pōt ex snia aug. 14. de ci. dei. c. 7. Oēs alie passiones ab amore oriūtur ex eo: ergo nec odiuꝫ nec aliqua alia passio ꝯriat

Secūdo amori. ℭ Itē necessitas a termino a quo non est contrarius accessui ad terminum ad quem. Si terminus a quo ꝛ terminus ad quem sunt contrarij: sed odium est recessus a malo: ꝛ amor est accessus ad bonum: ergo odium non est amor contrarium.

In opᵐ pmo. Contra sicut se hꝫ tristitia ꝛ delectatio ad bonum ꝛ malū pn̄o: ita se hꝫ odiū ꝛ amor ad malū et bonū absolute. Sed ois tristitia oi delectationi est cōtraria: etiā si tristitia ꝛ delectatio sint respectu obiectorū di/

Capto. uersoꝝ. vnde dicit phs. 1. topi. Qꝫ ei que est a potu delectationi que est a siti tristitia contrarium: ergo omne odium cuiusqꝫ amori est contrarium.

Ad qōnē ſm mentē ppriā. Cōtrarietas duplex. Respondeo malū est obiectū odij ꝛ bonū obiectū amoris: passiōes aūt specificantur ex sui habitudine ad obiecta. Cū ergo malū sit ꝯriuꝫ bono: opꝫ ꝙ odiū ꝯriet amori. Sed est quedā ꝯrietas ſꝫ dr̄ias generales: ꝛ quedā ſm dr̄ias specificas loquēdo de pma ꝯrietate: oē odium ꝯriat cuiqꝫ amori: qꝛ generale est cuiqꝫ amori ꝙ sit qdā motus ꝯsonātie ad suū obiectū: ꝛ generale est omni odio qḋ sit motus dissonantie. Sed loquēdo de ꝯrietate ſm dr̄ias specificas nō oē odiū ꝯriatur cuiqꝫ amori: qꝛ odiū mali cōtrarij bono amato nō cōtrariat amori illius boni: imo est effectus eius ꝛ cōcordans ei. Illud eni idē qḋ mouet ad diligēdū aliqḋ bonuꝫ mouet me ad odiēdū malum. Cōtrariuꝫ eni odiū etiā mali disperati bono amato: nō ꝯriat amori illius boni: sꝫ amor ꝛ odiū que sunt respectu eiusdē ꝯriant ſm spēm. possibile est eni ꝙ idē ab vno apphēdat: vt sibi ꝯueniens: ꝛ ita sub rōne qua bonū: ꝛ ab alio apphēdat: vt sibi discōueniens: ꝛ ita suo rōne qua malū. Idē etiā ab eodē diuersis tēporibꝰ pōt apphēdi sub ista duplici rōne: ꝛ ideo amor in vno ꝛ odiū in alio vel in eodē diuersis tpibus pn̄t eē respectu eiusdē obiecti: non tn̄ sub rōne eadē: sed semp sub

Ad argᵒ rōne ꝯria. ℭ Argumēta ad oppositū ꝑcedunt de amore ꝛ odio que sunt respectu contrariorum.

Ad argumentum ad ptē aliā dōm: ꝙ tristitia ꝛ delectatio, ꝛ si semp ꝯrient ſꝫ dr̄ias generales: qꝛ ois delectatio est quasi ipsius appetitus quedā nālis quies in suo obiecto: ꝛ tristitia est quedā violēta quies in suo obiecto: nō tn̄ oi delectationi est quelibet tristitia ꝯria ſm spēm: qꝛ si sunt respectu obiectoꝝ ꝯriorū seu disperatorū nō sunt contrarie ſm spēm: sed tn̄ qn̄ sunt de eodē sicut dicebatur. de odio ꝛ amore. Questio. III.

Qō. 3. Tertio querit sine argumētis vtrū aliqḋ malū possit odiri in vniuersali.

Ad qōnē ſm mētē propriaꝫ. Respondeo ꝙ aliqd odiri in vlī dupl̄r pōt itelligi. vno modo: ita ꝙ res sub tali mō apphēsa: vt sibi accidat ista scda intētio que est vniuersalitas odiat: alio mō ita ꝙ res odiat i quocūqꝫ idiuiduo fuerit apphēsa. Primo mō nihil pōt odiri in vlī p appetitū sensitiuū: sed p appetitū intellectiuū. appetitus enim sensitiuus nō mouet nisi post aliquā sensitiuā apphēsionē saltē de lege cōi. nulla aūt virtꝰ sensitiua pōt aliqd apphēdere sub illa rōne qua sibi accidit hec scda itētio que est vniuersalitas: sꝫ sic pōt res apprehendi

prehendi ab intellectu: et ideo vniuersale potest esse obiectū volūtatis. accipiēdo aūt odiri in vl̄i modo secūdo sic dico q̄ aliqd pōt odiri in vl̄i ēt p appetitū sensitiuū: q̄a ꝯtingit aliqd malum in quocūq3 idiuiduo fuerit esse talis ꝯditionis: vt nō possit apprehēdi p virtutē sensitiuā nisi vt disconueniēs appetitui animalis. Sic est nā lupina per comparationem ad ouem. vnde ouis odit naturaliter q̄ocunq3 indiuiduum lupi: s̄m etiā p̄hm. 2. rhetoricorū. Unusquisq3 naturaliter odit calūniatorē et furem.

Consequenter querit de quarto p̄ncipali: et circa hoc queruntur tria. ¶ Primo vtrum delectationes exteriores sint maiores q̄3 interiores. ¶ Secūdo vtrum aliqua delectatio cōtrariet alicui delectationi. ¶ Tertio vtrum dilatare: desiderare: vsum rōnis ipedire: operationem pficere sit delectationis effectus.

Quāstio. I.

Qō. I. Primo ostēdo q̄ delectationes exteriores que et corporales dicunt sint

Argū p̄o maiores delectationibus interioribus: quia qd̄ fortius allicit appetitū videt esse maioris potētie: sed delectationes exteriores magis alliciunt appetitū q̄3 interiores: vnde et plures eas sequunt q̄3 interiores

Secūdo ergo videt q̄ exteriores sint maiores q̄3 iteriores. ¶ Itē maior est delectatio que trāsmutat corpus q̄3 illa que nō: q̄ trāsmutatio corporis ex fortitudine passionis videt p̄cedere: sed delectationes exteriores magis trāsmutāt corpus q̄3 interiores: ergo videt q̄ sint maiores et fortiores.

In oppo situ p̄mo Contra p̄hs. x. ethi. c. 8. dicit q̄ delectabilissima earū que s̄m virtutē operationum: que s̄m sapiētiam consetiē est. Sed talis delectatio est interior: ergo delectationes interiores maiores sunt q̄3 exteriores.

Ad qōnē s̄m mentē p̄priā. Respondeo q̄ quecūq3 hoīs delectatio est in aliquo appetitu post aliquā cognitionē cōiunctā. In hoīe aūt triplex est cognitio. s. sensibilis

In hoīe triplex cognitio exterior que est per sensus particulares. Et sensibilis interior que est actus alicuius virtutis sensitiue interioris Et cognitio rōnalis que est p potētiā intellectiuā. Et s̄3 istū triplicē gradū cognitionis est appetitus in hoīe s̄m triplicē gradū. s. appetitus interior: qui etiā exterior dicitur que imediate mouet a bono apprehēso per cognitionē exteriorē: et maxime post apprehensionem que est p sensum tactus. Est etiā in hoīe appetitus sensitiuus qui dicit interior q de lege cōi nō mouet nisi post apprehēsionē sensitiuā interiorē. Est etiā in hoīe appetitus rōnalis q nō mouet nisi post apprehēsionē intellectiuā interiorē q appetitus p̄prio noīe dicit volūtas et loquor hic de ante et post s̄m q̄ importāt ordinē nature. Primus appetitus istoꝝ triū est inferior. Tertius alys duob⁹ est superior: vnde medius est superior primo et inferior tertio. Sim modo dico de cognitionibus inter se cōparatis. Cū3 ergo delectatio sit motus appetitus causatus ex apprehēsionē p̄prij boni p̄ntis in re: vel in spe: vel in memoria quā uis fortius moueat apprehēsum: vt realiter p̄sens q̄3 vt p̄sens tm̄ in spe: et fortius vt p̄ns in spe: q̄3 vt p̄ns in memoria tm̄: opz cōcedere illam delectationē maiorem eē simpliciter que est respectu maioris boni: et virtuosioris cognitione apprehēsi. et que est in appetitu nobiliori: et ideo inter oēs delectationes hoīs: ille simpl'r sunt inferiores que dicunt exteriores. s. que sunt in appetitu qui imediate mouetur post apprehēsionē alicuius particularis sensus. Et ille simpliciter sunt superiores que sunt in voluntate: q̄ sunt respectu nobilioris obiecti simpl'r: spūalia. n. sunt simpl'r nobiliora q̄3 sensibilia: et volūtas est nobilior appetitus q̄3 q̄cunq3 alioꝝ: p̄sentia etiā boni spūalis in volūtate est intimior et perfectior et firmior q̄3 p̄sentia seu ꝯiunctio boni sensibilis cum appetitu sensitiuo. Delectationes aūt que sunt in appetitu sensitiuo medio: q̄3uis sint inferiores delectationibus intellectualibus tm̄ sunt simpl'r nobiliores q̄3 delectationes exteriores. Nobilior enim simpl'r est apprehēsio que est per sensitiuā interiorē et appetitus sensitiuus sibi correspōdens q̄3 cognitio sensibilis interior et appetitus sensitiuus sibi corr̄ndēs. per cōpationē aūt ad nostrā nām corruptā delectatiōes sensibiles et corporales fortius mouēt q̄3 delectationes spūales triplici de causa: q̄ quo ad nos sensibilia sunt magis nota q̄3 spūalia delectationes: etiā sensibiles sunt cum aliqua trāsmutatiōe corporis: eo q̄ appetitus sensitiuus est alligatus organo corporali delectationes etiam corporales appetunt: vt quedā medicine contra corporales defectus ex quibus quedā tristitie oriūtur: et ideo q̄ tristitys superueniūt delectationes sensibiles magis sentiuntur: q̄ s̄m p̄hm li. elēchoꝝ. Opposita iuxta se posita maiora et minora vident hoībus. et per ꝯns magis acceptātur ab hoīe per naturā corruptā q̄3 spirituales que nō habent tristitias cōtrarias per se: vt in sequēti qōne patebit. Ex dictis et his que dicta sunt superius in illa qōne vtrū in christo fuerit maior dolor cōpassionis q̄3 passionis patēt solutiones ad argumenta. Cap. 12.

Questio. II. Qō. 2.

Secundo queritur vtrū aliqua delectatio cōtrarietur alicui delectationi. Et videtur q̄ non: q̄ tristitie magis cōtrariat delectatio q̄3 delectatio delectationi cuilibet: sed est aliqua delectatio que nulli tristitie cōtrariatur: q̄ s̄m p̄hm. 1. topi. Delectationi que est in contēplatione nihil est cōtrariū: ergo multo fortius nulla delectatio cōtrariatur alicui delectationi. ¶ Itē delectatio nō posset cōtrariari delectationi nisi earū obiecta essent cōtraria: sed obiectum vnius delectationis nunq̄3 est ꝯtrarium obiecto alterius: q̄ obiectū cuiuscūq3 delectationis est bonū: et s̄m q̄ videtur velle p̄hs li. p̄dicamentorum. Cuiusuis malo possit esse cōtrariū bonū et malum: tamē bono nō pōt esse cōtrariū nisi malū. ergo nulla delectatio est aly delectationi contraria.

Argū. p̄o

Cap. 12.

Secūdo

In s̄mone de oppositis.

In op'm primo. Contra si nulla delectatio esset aly delectationi contraria nulla delectatio impediret aliā: q̄ ea que cōcordant seinuicē non impediunt: sed s̄m p̄hm. x. ethi. c. 5. cōtingit vnā delectationē impediri per aliā: ergo alique delectationes sunt inter se contrarie.

Ad qōnē s̄m mētē alioꝝ p̄o. Ad istam qōnem forte diceret qdā q̄ inter passiones delectationū sensibiles nulla est cōtrarietas: q̄ et si sint q̄uq3 respcū obiectoꝝ ꝯrioꝝ: tm̄ nō causant delectationes per ratiōes cōtrarias. Calidū enim hominem frigescētē delectat sub rōne qua remittit eius frigiditatē: et frigidū hominem nimis calefactum delectat sub rōne qua remittit eius caliditatē. Remittere aūt excessum caliditatis: et remittere excessum frigiditatis non videntur esse rationum ꝯtrariaꝝ cū per hāc viā qualitates p̄dicte reducātur ad quoddā mediū. Sed hec opinio falsa est: nec valet ratio pro ea adducta. Ea eni que sunt cōtraria possunt delectare appetitū sensitiuū per rōnes cōtrarias. Quoq3 enim diuersi cibi delectāt comedētē vt p3: cū vnius est cōplexionis cholerice alius flegmatice. Exēplū etiā qd̄ p se adducunt nō est pro eis: nō tm̄ eni cōtrariat excessiua caliditas excessiue frigiditati: sed etiā caliditas s̄m naturalem modū: frigiditati s̄m naturalē modū. Frigidū aūt nimis calefactū per hoc delectat q̄ ipsum reducit ad caliditatē se habētē s̄m naturalē modum: et calidum nimis infrigidatū p hoc delectat q̄ ipsum reducit ad frigiditatem se habētem s̄m nālem modum. Unde mihi videtur dōm ad qōnē q̄ ꝯtingit aliquā delectationē aly delectationi esse cōtrariū: sicut enim dicit p̄hs. 5. phy. Non tm̄ motus naturales ad contrarios terminos sunt cōtrary: sed etiā quietes illoꝝ corpoꝝ in terminis illis. Delectatio autem cū sit respectu cōuenientis presentis seu cōiuncti est qdā

Contra op'm p̄'m.

Ad qōnē s̄m mētē p̄priam. T. c. 65.

motus anime quasi per modum quietis inquantum nõ tẽdit in absens: cũ ergo aliquarũ delectationum obiecta sint cõtraria: non tñ sm sui naturã: sed etiam sub rõne qua delectãt: eo ꝙ delectãt sub rõnibus contrarijs tales delectationes sunt cõtrarie cõtrarietate sili aliquo modo illi ꝯrietati que est inter nãles quietes in locis cõtrarijs.

Tertio ¶ Item bonum quod nō est in re nec esse pōt: dum tamen sit in mente potest esse voluntatis obiectū: vnde ſꝫ philosophum tertio ethi. caplo quinto. Volūtas est impossibilium. Sed bonum qđ potest esse voluntatis obiectum potest esse charitatis obiectum: ergo bonū non ſm aliquod esse reale: sed ſm solum esse quod habet in mēte pōt esse charitatis obiectum.

Contra si summa bonitas esset charitatis obiectuz ſm esse quod habet in mente non plus diligeret ꝙ̄ cognosceret nec alio modo: sed hoc est falsum: (In opp^m primo.) vt eniꝫ habetur i cōmēto super illud septimi capituli angelice hierar. Calidū acutum ꝛ super feruidū plus diligitur ꝙ̄ intelligat: ꝛ vt declaratū est lib. 1. Di. 17. quāuis deus in via immediate a nobis nō cognoscitur: tamē immediate diligitur: ergo summa bonitas nō est charitatis obiectuz ſm esse quod habet imediate: sed ſm esse quod habet in re. ¶ Itē ſm phm sexto metaphy. Veruz ꝛ fal (Secūdo) sum nō sunt in rebus sed in mēte: bonū ꝛ malū econuer (t.c.8.) so: ergo nullū bonum pōt esse obiectum charitatis ſm esse in mēte cū ibi nō habeat esse.

Respondeo ꝙ summa bōitas est formale charitatis obiectū ſm esse quod habet in re: ꝛ ex ꝯsequēti est etiā obiectū ſm esse quod habet in nostra mēte: esse enim reale summe bonitatis realiter idē est cū ipsa bonitate: suum aūt esse quod habet in nostra mente in rōne cognoscibilis est ipsam nostre menti representari: vel ab ea aliquo modo cognosci: volūtas aūt nostra per charitatem primo ꝛ principaliter tendit p dilectionem in ipsam summā bonitatem in suo reali esse quod est idem cū ea: ꝛ ex cōsequenti diligit eā nostre mēti representari: ꝛ a nostra mente cognosci. (Ad qōnē ſm mentē ppriā)

Ad primum in oppositū dōm: ꝙ non est idem dicere ipsam summā bonitatem a nostra mēte cognitā esse formale obiectum charitatis: ꝛ dicere ipsam ſm esse cognitū esse formale charitatis obiectum: ꝗ ſm primum modū dicēdi nō aliud dicit nisi ꝙ cognitio illius bonitatis est necessaria ad hoc vt voluntas per charitatē diligēdo tendat in ipsam existentem in suo esse reali. Sed ſm aliū modū dicēdi includitur ꝙ volūtas per charitatē primo ꝛ principaliter tendat in ipsam ratione illius esse quod est eā nostre menti representari vel a mēte nostra cognosci: quāuis autem ipsam esse in mente nostra sit necessarium ad hoc: vt voluntas per charitatē tendat in eam existentē in suo reali esse inquantū ipsam esse in mente est sue essentie realis ostensiuum: non tamē ex hoc sequitur ꝙ rōne sui esse quod habet i mēte sit formale charitatis obiectum: ꝛ pōt aliqualiter poni exēplum: quāuis enim similitudo lapidis in mente sit necessaria ad cognoscēdū lapidē in suo esse reali ſm opinionem ponētiū intellectum nostrū nō posse intelligere etiam dum est actu corporis corruptibilis forma nisi p aliquā spēm intelligibilē qua informatur: nō tamē est primarium ꝛ directum cognitionis obiectū. ¶ Ad secundū dicūt qdam ꝙ nō est simile de obiecto intellectus ꝛ voluntatis: ꝗ operatio intellectus cōplet ſm quod intellectū est in intelligēte. Operatio autem voluntatis perficitur in inclinatione volentis ad rem sicut ad terminum: sed aliqbus nō placet hec responsio: ꝗ sicut ipsa res est amata per volūtatē: ita ipsa res intelligit per intellectum p eius similitudinē. Unde Auicē. in auctoritate preallegata vocat rem esse in intellectu ipsam esse intellectā: ꝛ vel ipsam esse intellectui representatā. Dicendum ergo ad minorem argumenti: ꝙ res ſm suum esse reale intelligitur ab intellectu per suum esse quod habet i itellectu per suam essentiā vel per suam similitudinē: vel per esse quod habet in imaginatione per suum fantasma. ¶ Ad tertiuz dōm ꝙ nō plus cōcludit nisi ꝙ aliquod bonum qđ nō habet esse nisi in mente pōt esse charitatis obiectum: sed ex hoc nō seqtur ꝙ possit esse primariū ꝛ formale charitatis obiectum: tamen argumentū peccat in materia. Non enim omne illud bonū quod pōt esse obiectum volūtatis pōt (Ad pmū) (Ad 2m.) (Ad 3m.)

esse obiectū charitatis.bonū enim qd ab hoie impossibi/
le est haberi ex charitate nō pōt concupisci:quāuis illud
bonū hō possit ex charitate velle illi a quo possibile est ꝛ
cōueniēs homo haberi.

Ad pmū in/o ppm **Primum** argumētum.ad partē aliam nō plus cō
cludit nisi ꝙ summa bonitas nō est cha
ritatis obiectū sm illud esse quod habet in mēte tm̄: nec
etiam sm illud esse est primariū ꝛ formale charitatis ob/
Ad 2m iectum:ꝛ est verū. ¶ Ad secūdum dōm:ꝙ ibi loquitur
phs de vero ꝛ falso que sunt circa cōpositionē ꝛ diuisio/
nē que tm̄modo sunt in intellectu nō de vero quod est i
re ex hoc ꝙ cōformatur ad suū exēplar a quo dependet:
ꝛ de falso opposito isti vero quod consistit in apparentia
cōformitatis:que nō est in re.bonū aūt dixit esse in re:qꝛ
nō sic causatur bonitas in re a nostra volūtate sicut in no
stra volūtate ab ipsa re:nō enim qꝛ diligo rem ideo bona
est:sed qꝛ bona est:ideo dilectio qua diligo eam bona est
si ordinate diligo:nō fuit ergo intentio philosophi nega/
re bonum esse in nostra mente:eo modo quo cognitū est
Qō.3. in cognoscente. Questio. III.

Argu.pº **Tertio** queritur vtrū ratio summe boni
tatis differat a summa bonitate.
Et videtur ꝙ non:qꝛ sm Augu.6.de trini.c
vlti.Omnes rōnes viuētes ꝛ incōmutabiles
in arte omnipotētis ꝛ sapientis dei vnum sunt:sed ratio
summe bonitatis est summe viuēs ꝛ incōmutabilis exi/
stēs in arte omnipotētis dei:ergo vnū est cum alijs rōni
bus que sunt in arte illa:sed ratio summe bonitatis ma/
gis videt cōuenire cū summa bonitate q̄ȝ ꝙ veritatis rō
Secūdo ne:ergo videtur ꝙ nō differat a summa bonitate. ¶ Itē
T.c.28. phs.4.metaphy.Dicit ꝙ ratio quā significat nomen est
diffinitio:sed diffinitio idem est cum diffinito:ergo ratio
Tertio. summe bonitatis nō differt ab ea. ¶ Item ratio summe
bonitatis est increata:qꝛ fuit ab eterno:sed nulla res in/
creata differt a summa bonitate:qꝛ nihil est increatum ni
si deus:qui a sua bonitate non differt:ergo ratio summe
bonitatis nō differt ab ea.

In oppo situ pmo **Contra** si ratio summe bonitatis non differt ab ea
pari ratiōe nec ratio veritatis ab ea differt
sed summa bonitas idem est cū summa veritate:ergo ra/
tio summe bonitatis ꝛ summe veritatis idem essent:ꝛ sic
bonitas ꝛ veritas dei non differrēt rōne:quod falsuȝ est.
Attributa enim dei sm rationē differunt:vt in primo li/
Secūdo bro.Di.22.ostēsum est. ¶ Itē quāuis diffinitio ꝛ diffini/
tum realiter idē sint:tamen sm rationē differūt:quia qd
dicit diffinitum modo indistincto:dicit diffinitio in par
T.c.5. tes sm rationē distinctū.Unde philosopus.1.phys. To
tū quoddā ꝛ diffinitum significat vt circulus: diffinitio
aūt ipsius diuidit in singula : sed ratio summe bonitatis
aliquo modo se habet ad summaȝ bonitatē sicut diffini/
tio ad diffinitū:quāuis nō ꝓprie sit diffinitio:ergo sm ra
tionē differt a summa bonitate.

Ad istam qōnem dicunt aliqui:ꝙ nō est
Ad qōnē sm men/ tē aliorū prima incōueniens in vna re
simplicissima inuenire differētiā sm suuȝ esse intellectū.
Unde quāuis veritas dei ꝛ eius bonitas sit vna res sim/
plicissima non est tamē incōueniens ꝙ differant sm suū
esse intellectū inter se ꝛ a suis rationibus : ꝛ sue rationes
inter se nec dicūt istam differētiam inter predicta reperi
ri tm̄ sm suum esse intellectum in cōparatione ad intel/
lectū creatū:sed etiā in cōparatione ad itellectū diuinū.
Contra opm ¶ Sed hic modus respōdendi obscurus est ꝛ male in/
telligibilis:nec video quō possit sustineri nisi verba mul
tū distorqueant. Inter ea eniȝ que in deo sunt per modū
rei intrinsece quātumcūqȝ cōsiderentur:vt a diuino itel
Ad qōnē sm men/ tē ppriā. lectu intellecta nō video quomodo sit differentia nisi eo
rū differentia per cōparationē ad aliquod extrinsecuȝ at
tenditur. ¶ Videtur ergo mihi dicendū aliter ad qōnē
scȝ ꝙ ratio sūme bonitatis dupliciter potest accipi. Uno
modo pro illa quā format diuinus intellectus de sua bo/
nitate:ꝛ hoc in deo est:nō tantū per modum rei intelle/
cte:sed etiā per modū rei intrinsece:ꝛ sic loquēdo de ra/
tione summe bonitatis non video quō differat a summa
bonitate nisi forte illa differētia attēdatur per cōparatio/
nē ad creatū intellectū:qui aliā cōceptionē format de sū/
ma bonitate:ꝛ aliam de illius intrinseca ratione. ¶ Alio
modo pōt accipi ratio summe bonitatis pro illa que est
cōcepta ab itellectu creato vel cōceptibilis ꝛ ab ipso deo
intellecta que in deo nō est per modū rei intrinsece : sed
est in diuino intellectu obiectiue tantum: sicut obiectuȝ
secundarium:qꝛ obiectum primarium intellectus diuini
in eo est per modū rei intrinsece:non tm̄ obiectiue. Et
sic loquēdo de rōne summe bonitatis:dico ꝙ differt a sū
ma bonitate:qꝛ talis ratio creatura est:ꝛ summa bonitas
est ipse creator.

Ad primum dicendū:ꝙ illa auctoritas intelli/ Ad pm
gēda est de rationibus existentibꝰ
in deo per modū rei intrinsece nō obiectiue tm̄. ¶ Ad se Ad 2m
cundū dicendū:ꝙ ratio summe bonitatis cōcepta vel cō
ceptibilis a creato intellectu nō se habet ad summam bo
nitatē vt diffinitio ad diffinitū:qꝛ diffinitio totam essen
tiā diffiniti cōprehēdit ꝛ terminat. Unde quādoqȝ a phi
losopho vocatur terminus:sed nulla ratio concepta vel
cōceptibilis a creato intellectu summā bonitatē cōprehē
dit:qꝛ talis cōceptio finita est:deus aūt infinitus:quapro
pter bene dicit Auicē.8.metaphy.c.1.Q, primus nō ha
bet diffinitionem. ¶ Ad tertiū dicendum : ꝙ rationem Ad 3m
summe bonitatis fuisse ab eterno dupliciter pōt intelligi
vno modo ita ꝙ fuerit ab eterno in deo per modū rei in
trinsece. Et sic verum est ꝙ illa nō differt a summa boni/
tate. Alio modo ita ꝙ fuerit ab eterno in diuino intelle/
ctu nō per modū rei intrinsece:sed obiectiue tm̄:sicut co
lor est in visu:ꝛ lapis qui intelligitur in itellectu:ꝛ sic nō
oportet ꝙ sit res increata. Tali enim modo fuit ab eter/
no quelibet creatura in diuino intellectu. ¶ Argumen Ad argu
ta ad partē aliā ꝓcedūt de rōne summe bonitatis. Secū menta in
do modo dicta:quāuis sm argumentum concedendum oppositū
esset:ꝛ de rōne summe bonitatis primo modo dicta sm primum.
illā opinionē que in pricipio corporis qōnis fuit recitata
sm illam enim non est inconueniens dicere ꝙ illaꝰ ratio
ꝛ summa bonitas inquantuȝ intellecte sunt differant ra/
tione. Questio. IIII. Qō.4.

Quarto queritur vtrū ex deliberatione
diligere aliqd:non propter sum
mam bonitatē semper sit peccatū mortale:sed
qꝛ veritas huius qōnis clare videri potest per
illā qōnē que determinata est superius lib.2.Di.47.que
est vtrum propter omne peccatum ex deliberatione com
missum obligetur peccans ad penam eternam. Ideo ad
presens supersedeo de ista questione.

Circa litteram.[Quatuor enim diligēda
sunt.] Nota ꝙ hic nō enumerat di/
ligēda ex charitate:quibus non conuenit bea
titudo per essentiā nec per participationeȝ di
rectam:nec per redūdātiam:ꝛ ideo hic nō enumerātur
creature intellectu carentes ad essentiam hominis non
pertinētes:que tn̄ diligēde sunt ex charitate aliquo mo/
do qui dictus est in questionibus.[Unum qd supra nos
est.s.deus.] Nota hic ꝙ angeli aliquo modo super nos
sunt quo ad naturā inquātū sunt nobilioris speciei. Alio
modo iuxta nos dicuntur quo ad naturā inquātū.s.bea/ Vel. cō/
ti sunt per participationē sicut ꝛ hoies:vnde cōprehen/ prehēdū
dūtur sub dilectione proximi:vt autem quisqȝ se diligat tur[sb di
precepto opus nō est:non.s.vt se diligat naturali affectio lectiōe p
ne:sed precepto opus fuit vt se diligeret modoꝰ ordinato ximi.
ꝛ ex charitate. ¶ Uel pōt dici sicut dicit magister in lra
ꝙ non

ꝙ non erat opus id tradi speciali precepto vt quisq; seu corpus suū diligeret: q2 hoc in illo precepto ꝯtinet. Diliges ꝓximū tuum sicut te ipsum. Nemo carnē suā vnq̃ odio habuit .i. nō .s. per se. per accidēs aūt aliqui odiūt carnē suā: sicut illi q se interimūt: eo ꝙ in vita ista detinent in aliquo statu odibili. ¶ Quez etiam sm̄ hoiem magis q̄ nos: sed nō quantum deum debemus diligere. ¶ Cōtra ipse christus inquātum hō continetur sub dilectione ꝓximi: sed magis debemus diligere nos met ipsos q̄ ꝓximos. ¶ Rn̄deo ꝙ sicut humanitati christi non debet cultus latrie nisi inquantum exhibet sibi per verbum cū quo vna adoratione adorat: sic dico ꝙ humanitati christi nō debemus ꝑncipalitatem dilectionis super nos nisi inquantum diligimus illū hominē qui est noster creator ꝛ redemptor: qui cum sua humanitate vna dilectione diligitur.

Dubiuz

Rn̄sio.

¶ De ordine diligendi quid prius: quid posterius. Distin. XXIX.

Dist. 29. De charitate quātum ad diligēdi ordinem.

Canti. 1.

POst predicta de ordine charitatis agendū est quia dicit sponsa. Introduxit me rex in cellā vinariaz: ꝛ ordinauit in me charitatez. Videamus ergo ordinē qd prius quid posterius eē debeat. Peccat enim q ꝑpostere agit. Nam scire qd facias ꝛ nescire ordinē faciendi nō est perfecte cognitionis. Ordinis nāq; ignorātia cōturbat meritoꝝ formā: ordinē aūt diligēdi Augu. insinuat dicēs. Ipse est q ordinatā habet dilectionē: ne aut diligat qđ nō est diligēdū: aut nō diligat quod diligēdū est: aut eque diligat qđ minus vel amplius diligēdum est: aut minus vel amplius qđ eque diligēdum est. Ois peccator inquātū peccator est nō est diligēdus: ꝛ ois hō inquātū est hō diligēdus est propter deum. Deus vero ꝑp seipsuz. ꝛ deus ꝑp se oī homine amplius diligēdus est ꝛ amplius quilq; debet deū diligere q̄ seipsum. Itē amplius alius hō diligēdus est q̄ corpus nostrū: q2 propter deuz oīa ista diligenda sunt: ꝛ pōt nobiscum deo hō perfrui: qđ nō pōt corpus: q2 corpus per alaz viuit qua fruimur deo. Audisti aliqua de ordine charitatis vbi expressum est nos ampli9 debere diligere deū q̄ omnes hoies vel nosipsos: ꝛ amplius animam alicuius hominis q̄ corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligendorum superius posita: prius ponitur quod supra nos est. Secundo quod nos sum9. Tertio quod iuxta nos est. Quarto quod infra nos est: vbi ordo diligendi insinuari videtur ex ratione numerationis. Nō est autem apertuz vtrum omnes homines pariter diligere debeamus ꝛ tantum quātum nos vel minus.

Augu. in li. de do. xpiana.

Nota. ordinem charitatꝫ

¶ An oēs hoies pariter diligēdi sunt.

Unde etiam super hoc sepe mouetur questio quā ꝑplexam faciunt sanctorū verba varie ꝓlata. Quidā enim tradere vidētur ꝙ pari affectu oēs diligendi sint: sed in effectu .i. in exhibitione obsequij distinctio obseruanda sit. Unde Augu. omnes homines eque diligendi sunt. Sed cū hoibus ꝓdesse nō possis his potissimū consulēdum est: q p locoꝝ ꝛ tēpoꝝ vel quarūlibet rerū oportunitatibus cōstrictius tibi quasi quadaz sorte iunguntur. Pro sorte enī habēdum est quo quisq; tibi tēporaliter colligatus adheret ex quo legis potius illi dādū esse. Idē super epistolam ad Gal. Operemur bonū ad oēs: maxime aūt ad domesticos fidei .i. ad christianos. Omnib9 enim pari dilectione vita eterna optāda est: ꝛ si nō oibus eadē possunt exhiberi dilectionis officia que fratribus maxime sunt exhibēda: q2 sunt inuicē mēbra qui habēt eundem patrem. His alijsq; testimonijs innitunt qui dicunt oēs homines pariter diligendos esse charitatis affectu: sed in operis exhibitione differentiam.

Aug. li. de doctr. chri. Auctoritates ponit q̄ videtur dicere oēs pariter diligēdos eē sed in effectū differētiā eē

Matt. 23

¶ Que his repugnare videntur.

Quibus obuiat illud preceptū legis de diligēdis parētibus. Honora patrē tuū ꝛ matrē vt sis lōgeuus super terrā. Ut qd enī specialiter illud ꝑcepit de parētibus nisi maiori dilectione forēt diligēdi. Sed hoc illi referēdū dicunt ad exteriorē exhibitionē: in qua ꝑponēdi sūt parētes. Unde honora dixit non dilige. Obuiat etiā illud qđ Hiero. super Ezechielem ait .s. vt ordine charitatis sicut scriptū est. Ordinauit in me charitatē. Post oium patrē deum carnis quoq; pater diligat ꝛ mater ꝛ filius ꝛ filia frater ꝛ soror. Amb. quoq; diligēdi exprimēs ordinē sup illud cāticoꝝ capitulo primo. Ordinauit in me charitatē ait. Multoruz. Charitas inordinata est. quod in primo est ponunt tertium; vel quartuz. Primo deus diligendus est: secundo parētes: inde filij: post domestici qui si boni sunt malis filijs ꝑponēdi sunt. Secundū hoc in euāgelio ad cuiusq; dilectionem: proprium ponit. Diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo ꝛ ex omnibus viribus tuis: ꝛ ꝓximū tuū sicut teipsum. ꝛ inimicos nō ex tota virtute: nō sicut teipsum sed simpliciter: sufficit enī q̄ diligimus ꝛ nō odio habemus. Ecce ex premissis aperte insinuat que in affectu charitatis distinctio sit habēda: vt differēti affectu nō pari homines diligamus: ꝛ ante oia deū: secundo nosipsos: tertio parentes: inde filios ꝛ fratres: post domesticos: deinum inimicos diligamus. Sed inquiunt illi: que de ordine dilectionis supra dicitur esse referēda ad operum exhibitionē: que differēter ꝓximis exhibēda sūt. Primo parētibus: inde filijs: post domesticis: deinum inimicis. Deū vero tam affectu q̄ obsequij exhibitione ante omnia diligenduz.

Deute. 5.

Hiero.

Canti. 2.

Ambro.

Matt. 22

Ordo diligēdi ostēdit.

¶ Quot aliqui eorumdem tm̄ proximos quātuz nos debere diligere tradunt.

Quorum etiam nonnulli tradunt affectu charitatis tm̃ ꝓximos esse diligendos quantum nosipsos diligimus. Quod confirmant auctoritate Augustini qui ait. Nec illa iam questio mouet:quantū charitatis fratri debeamus impendere:quantum deo. Incōparabiliter plus deo ꝙ nobis: fratri vero quātū nobis. Nos aūt tantomagis diligimus:quātomagis diligimus deum. Ex his & ex premissis testimonijs Aug. asserunt omnes homines pariter esse diligendos a nobis: & tm̃ quantum nos:deum autem plusꝙ nos:corpus vero nostrum minus ꝙ nos vel proximos. Nec in enumeratione premissa quatuor diligendorum ordinem diligendi assignati dicunt:sed tātum que sunt diligenda.

Aug. li. de tri.

¶ Secundum alios non pari affectu omnes diligendi sunt.

Uerum quia premissa verba Ambrosij ordinē diligēdi secūdum affectum magis ꝙ ſm effectū diligenter intuentibus explicare videtur:non indocte alij dicūt nō modo in exhibitione operis:sed etiam in affectu charitatis ordinē differentem esse statutum vt ante omnia diligamus deum: secundo nos:tertio parētes: quarto filios vel fratres:& huiusmodi:postea domesticos:demum inimicos. Q vero Aug. dicit pariter omnes esse diligendos:& pari dilectione oibus vitā optandā ita accipi potest vt paritas nō ad effectū referatur:sed ad bonū quod eis optatur:q: charitatē omnibus optare debemus vt patria bona mereātur. Sicut apostolus dicit. Uolo oēs homines esse sicut me. Optanda est enim minoribus perfectio maiorum vt ipsi fiant perfecti:& sic parē mereantur beatitudinem:vel pari dilectione: idest eadem dilectione omnes diligendi sunt. Itē qd̄ ait:vt tantum diligamus fratres quantum nos:ita intelligi pōt.i.ad tantū bonum diligamus fratres ad quantū nos:vt tantum bonum eis optemus in eternitate quantum nobis.& si non tanto affectu. Uel ibi quantum similitudinis est:non quantitatis.

Determinatio auctoritatū q̄ videnē aduersari.

¶ Questio de parentibus bonis & malis.

Solet etiam queri si parētes nostri mali sint:vel filij vel fratres:an magis vel minus diligendi sint alijs bonis:hac ratiōe nobis nō copulatis. Uidetur ꝙ magis sint diligēdi boni:q nobis carne non sunt coniuncti:ꝙ mali carne coniuncti: quia nobis sunt cōiuncti corde glutino charitatis. Sanctior est enim copula cordium ꝙ corporum. Unde Beda de illis verbis domini. Mater mea & fratres mei hi sunt q verbū dei faciūt:ait. Non iniuriose negligit matrem:nec mater negatur que etiā de cruce cognoscitur:sed religiosiores monstrantur copule mentium ꝙ corporum. Ueruntamen latebrosa questio est hec:nec a nobis plene absoluenda: properantibus ad alia. Mouemur enim super verbis illis quibus inimicos non ex tota virtute:nō sicut teipsum iubet diligere:sed simpliciter. Sufficit enim ꝙ diligimus & non odio habemus. Quod non ita accipiendū est quasi sufficiat tibi diligere inimicum & non tibi teipsum:quia omnes & amicos & inimicos sicut teipsum diligere debes. Sed ad ostendendum gradus diligendi deum & proximum:& inimicum:qui tamē proximus est:quia dominus posuit cum ait. Diliges deum ex tota virtute tua & proximum sicut teipsum. Non ait ex tota virtute vt ostendat proximum diligendum minus ꝙ deum. Dicit etiam diligite inimicos: nec addit ex tota virtute:nec sicut teipsum sed simplr. Sufficit enim ꝙ diligimus & non odio habemus:nō quin eos diligere debeamus sicut nos:quia proximi sunt:sed sufficit si eos minus diligimus ꝙ alios proximos quod dilectionis genus innuit.

Beda. Mat.12. Luce.8.

Marci.3 Joan.19

Matt.22

Luce.6.

¶ Questio Aug. in li. retractationum.

Queri etiam solet cur dominus p̄ceperit diligere inimicos:cum alibi precipiat odio habere parentes & filios: Ad quod dicendū est duo esse diligenda in homine:naturam & virtutem: viciū vero & peccatum odiendum. Et parentes ergo inquantum mali sunt odiendi sunt: & inimici diligendi inquantū homines. Diligamus ergo inimicos lucrandos in regno dei:& odiam9 ꝓpinquos si impediunt nos a regno dei:& in omnibus communiter naturam diligamus: quam deus fecit.

Luce.14. Aug. li. retractationum.

¶ De gradibus charitatis.

Sciendum quoq est diuersos esse grad9 charitatis. Est enim charitas incipiens proficiens perfecta perfectissima. Unde Augustinus. Perfecta charitas hec est vt quis paratus sit pro fratribus etiam mori. Sed nunquid mox vt nascitur iam prorsus perfecta est: immo vt perficiaf nascif:cū fuerit nata nutrif:cū fuerit nutrita roboraf:cū fuerit roborata pficif: cū ad pfectionē venerit dicit cupio dissolui &c. Hic aperte pgressus & pfectio charitatis isinuaf. Quā perfectionē etiā veritas cōmēdat dicens. Maiorē hac dilectionē nemo habet ꝙ vt aīam suā ponat qs p amicis suis. Quod vtiq dictū est ope dilectionis:q: maior dilectiōis effectus nō est:ꝙ ponere animā pro alijs. Nec te moueat quod ait pro amicis:qui enim ponit animā pro amicis ponit & pro inimicis ad hoc vt ipsi fiant amici.

Aug. sup epla.io.

Phil.1.

Joā.15.

Distin. XXIX. Disti.19.

POst predicta de ordine charitatis ꝛc. Superius determinauit magister d̄ his que diligēda sūt ex charitate: hic determinat de ordine diligēdi ex charitate: ꝛ diuiditur ī partes duas. ¶ Primo determinat de charitate quātū ad ordinē diligēdi. ¶ Secūdo quātū ad perfectionē meriti distincti. xxx. ibi. [Hic solet queri.] ¶ Prima in tres. ¶ Primo determinat de ordine diligēdi ex charitate in cōparatione ad ea que per charitatē diligunt. ¶ Secundo in cōparatione ad ea beneficia que per charitatē impendūtur ibi. [Unde etiā sepe.] ¶ Tertio per cōparationē ad gradus qui in charitate inueniunt ibi. [Sciēduz quoqꝫ.] ¶ Prima indiuisa. ¶ Secunda diuiditur in duas. ¶ Primo ponit magister circa hāc materiā diuersoꝝ opiones. ¶ Secūdo soluit incidētes dubitationes ibi. [Solet etiā queri si parētes.] ¶ Prima in quatuor. ¶ Primo ponit magister opinionē dicētium ꝙ oēs ꝓximi equaliter diligendi sunt affectu nō effectu. ¶ Secūdo respōsiones eorum ad auctoritates que videntur dicere. Non oēs proximos equaliter diligēdos affectu ibi. [Quib⁹ obuiat.] ¶ Tertio ponit opinionē dicētiū: ꝙ oēs hoies eq̄liter diligere debem⁹ sicut nos affectu ibi. [Quoꝝ nōnulli.] ¶ Quarto magister ponit opinionē cui ꝯsentire videtur. s. ꝙ nō oēs hoies equaliter diligēdi sunt: neqꝫ affectu: neqꝫ effectu ibi. [Uerum qꝛ premissa verba.] ¶ Illa pars in qua soluit incidentes dubitationes: que ibi incipit. [Solet et queri] diuiditur in tres sm̄ tres dubitationes quas dissoluit. Quarum vna oritur ex alia secūda ibi. [Uerum tamen latebrosa.] tertia ibi. [Queri etiam solet.]

CIrca hanc distin. querūtur. x. ¶ Primo vtrū ordo sit in charitate respectu diligibiliū. ¶ Secundo vtrū deus sit propter se ꝛ super oia diligēdus. ¶ Tertio vtrū homo plus debeat diligere seipsum q̄ꝫ ꝓximū. ¶ Quarto vtrū plus corpus ꝓpriū q̄ꝫ ꝓximuz. ¶ Quinto vtrum plus vnū proximū q̄ꝫ alium. ¶ Sexto vtrum plus extraneū meliorē q̄ꝫ sibi magis coniunctū minus bonum. ¶ Septimo vtrū magis patrem q̄ꝫ filium. ¶ Octauo vtrū magis patrē q̄ꝫ matrē. ¶ Nono vtrū magis patrē spiritualē q̄ꝫ carnalē. ¶ Decimo vtrum magis vxorem q̄ꝫ patrem vel matrem. Questio. I.

Q.ō.1. Argū p° **P**Rimo ostendo ꝙ nō est ordo in charitate respectu diligibilium: quia nō est vna ratio credēdi omnia credibilia: scilicet prima veritas: adeo non est ordo in fide respectu credibilium: ergo a simili cū vna sit ratio diligendi ex charitate oia diligibilia. s. summa bonitas non est ordo in charitate respectu diligibilium.

Secūdo ¶ Itē rōnis est ordinare nō volūtatis: sed charitas non est in rōne sicut in subiecto sed in volūtate: ergo per eā nō ordinat actus suus respectu diligibiliū.

Tertio ¶ Item si ordo est in charitate respectu diligibiliū aut ille ordo attēdit quantū ad habitū aut quātū ad actum nō quātū ad habituz: qꝛ vnus est habitus respectu oium diligibilium: nec quantū ad actū qꝛ tunc esset inordinata charitas dormiētis: nec haberet dormiēs quod charitati debetur quod falsum est.

In oppositū pmo **C**ontra Canti. 2. Introducit me rex in cellā vinariam: ordinauit in me charitatē. ¶ Itē Aug. primo lib. de doctria christiana. c. 7. Inter diligibilia primo ordinat illud quod est supra nos: deinde illud quod nos sumus: tertio illud quod est iuxta nos. quarto illud qḋ ē īfra nos: ergo ordo ē ī charitate respectu diligibiliū.

Secūdo

Ad q̄ōnē sm̄ mentē ppriā. **R**espondeo ꝙ ordo est in charitate respectu diligibiliū sm̄ enim Augu. vndecimo de ci. c. 17. ꝛ 13. Confes. Non multū longe post principium. Amor est pondus anime: vnde sicut corpora per sua pondera ordinate mouētur ad sua loca: ꝛ ordinate in eis quiescunt: sic omnia per charitatiuum amorē mouentur ad diligibilia: ita ꝙ hic ordo est propter ipsam charitatē inclinatiue. Inclinat enim volūtatē ad diligēdū diligibilia sm̄ plus ꝛ minus: sm̄ ꝙ plus ꝛ min⁹ habent de bonitate ceteris paribus. Cum enim nō sit diligibile nisi bonū sm̄ ꝙ res plus habet de bonitate plus habet de diligibilitate. ¶ In actibus autē charitatis est ille ordo formaliter. Ipsi enim actus charitatis respectu diligibilium ordinati sunt.

Ad p^m **A**d primum in oppositū dicendum: ꝙ quāuis vna sit ratio credēdi sicut vna ratio diligendi: non tamen sic vniformiter comparatur prima ratio diligēdi ad diligibilia vel vt melius loquar: nō sic vniformiter cōparātur ad eam: sicut omnia credibilia ad veritatē pmam. Unde nec sic potest dici vnū credibile verius alio sicut vnū diligibile melius alio: qꝛ veritas in quadā equalitate cōsistit a qua cū receditur quantumcūqꝫ parum est casus in falsitate qḋ de veritate cōplexa est intelligēdū.

Ad 2^m. ¶ Ad secūdum dōm: ꝙ quāuis rationis sit ordinare per modū dictātis volūtatis tñ est ordinare per modū volētis seu exequētis dictamē rationis.

Ad 3^m ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ ille ordo attenditur ꝛ sm̄ habitum ꝛ sm̄ actus: alio tamen modo ꝛ alio sm̄ ꝙ dictum est in corpore questionis. vnde in charitate dormientis manet ordo qui cōpetit habitui: qꝛ talis manet per quā volūtas potest ordinate moueri cū est in suo vsu. Questio. II.

Q.ō.2. Argū.1. **S**Ecundo queritur vtrum deus sit propter se ꝛ super oia diligēdus Et videtur ꝙ nō: qꝛ illud quod est diligendū propter mercedē nō est ꝓpter se ꝛ super omnia diligēdum: qꝛ sm̄ pħm primo posterioꝝ. Illud propter qḋ amamus aliqd illud magis est amatū: sed deus est diligēdus ꝛ sibi seruiēdū est propter mercedem: vnde dicebat p̄s in suā cōmēdationē. Inclinaui cor meum ad faciēdas iustificationes tuas ꝓpter retributionez: ergo deus nō est ꝓpter se ꝛ super oia diligendus.

T.c.s.

Secūdo ¶ Itē facilius est nos diligere proximū quē videmus q̄ꝫ deū quē nō videmus: aliter nō valeret illud argumentum quod facit Joan. in pma cano. sua. cap. x. Qui nō diligit fratrē suū quē videt deū quē non videt quō diligere pōt. Sed ad illud quod facilius possumus magis īclinamur: ergo per charitatē magis inclinamur ad dilectionez ꝓximi q̄ꝫ dei qḋ nō esset verū: si deus esset propter se ꝛ super omnia diligēdus.

Tertio ¶ Itē sm̄ Diony. x. c. de di. no. Quilibet amor est vis vnitiua: sed nullus potest magis vniri alii q̄ꝫ sibi: ergo deus cū sit alius a nobis nō pōt sup oia diligi.

In opp^m pmo. **C**ontra Luc. 9. Si quis venit ad me ꝛ nō odit patrem suū ꝛ matrem ꝛ vxorem ꝛ filios ꝛ fratres ꝛ sorores: adhuc autem ꝛ animam suam: non potest meus esse discipulus: sed omnia que inquātū elōgant a deo odiēda sunt ꝓpter deū: minus diligēda sūt q̄ꝫ deus: ergo deus ē plus q̄ꝫ omnia pdicta: ꝛ plus q̄ꝫ omnia alia ex consequenti diligendus.

Secūdo ¶ Item Augu. primo libro de doctrina christiana. c. 9. Deus ꝓpter seipsum ꝛ amplius omni homine diligēdus est. In quo satis datur intelligi ꝙ sit super omnia diligendus.

Ad q̄ōnē sm̄ mentē ppriā **R**espondeo ꝙ deus ꝓpter se ꝛ super oia ex charitate diligēdus est. Est enim illud in quo est pncipaliter illud bonū super cuius cōmunicatione fundat amicitia charitatis. Fundatur enim super eternā beatitudinē que in deo est per essentiam. In nullo aūt alio est nisi per participationem. Quelibet aūt amicitia pncipaliter respicit illud ī quo est pncipaliter illud bonū super cuius cōmunicationē fundatur: eo ꝙ ab ipso pncipaliter depēdet illa cōmunicatio: cum ergo deus sit cōmune ꝛ formale bonū a quo dependet cōicatio eterne beatitudinis super quā amicitia fundatur est principaliter ex charitate diligendus: ad quod sequitur ꝙ sit dili-

gendum propter se ꝛ super omnia. Uel potest dici clari/
us ꝙ quātū res habet de bonitate tantū habet de diligi/
bilitate: sed bonitas dei trāscēdit bonitatē totius creatu/
re, in infinitū: ergo est plus tota creatura diligendus: nec
est aliqua bonitas maior eo ad quā sua bonitas possit re/
ferri: ergo est propter se diligēdus.

Ad pmū **Ad primum** in oppositū dicēdum ꝙ deum di
ligi propter mercedē tripliciter
potest accipi. Uno modo ꝑpter mercedem increatā: que
est ipsemet: de qua mercede dixit dominus ad habraam
Gen. 3. Noli timere habraam ego ꝑtector tuus sum et
merces tua magna nimis. Et tales sunt boni mercenna
rij: de quibus dicitur Luc. 15. Quanti mercēnarij in do/
mo patris mei abundant panibus. Ubi dicit glo. Qui fu
ture mercedis intuitu digne operari satagunt quotidia/
nis superne gratie reficiūtur alimētis. ¶ Alio modo ꝑ/
pter mercedem creatam: que tamē nobilior est ꝙ̄ motus
charitatis vie cuiusmodi merces est clara dei visio ꝛ per/
fecta eius fruitio: ꝛ sic etiam deus ex charitate potest di/
ligi propter mercedē sicut propter finē nō in quo quiesci
tur: qui proprie finis vltimus est ꝛ bonū increatuꝫ. Sed
qui est ipsa quies que vltimus finis nō est quāuis sit in fi
ne vltimo. ¶ Alio modo propter mercedē temporalem:
ꝛ sic deus nō est diligēdus propter mercedē sicut propter
finē: quia omnis res tēporalis est minus digna ꝙ̄ chari/
tatis motus: potest tamen diligi propter talē mercedem
sicut ꝑpter aliqd coadiuuans ad motū dilectionis sicut
distributio quotidiana potest esse coadiuuans ad hoc vt
canonicus vadat ad ecclesiā: non tamen debet esse ratio
principalis. De primo aūt retributionis eterne intelligi/
tur auctoritas psalmiste ſm glo. ¶ Ad secundū cum di/
Ad 2m citur: ꝙ facilius est diligere proximum ꝛc. potest dici ꝙ
naturali dilectione que multum a cognitione sensibili ex
citatur facilius est diligere proximum ꝙ̄ habere charita/
tiuā dilectionē ad deū. Ex charitate aūt facili^us est dilige/
re deum ꝙ̄ proximum: q2 magis inclinatur volūtas per
eā ad diligendum deū ꝙ̄ proximum. ¶ Ad tertiū cū di
Ad 3m citur: ꝙ nullus potest magis alij vniri ꝙ̄ sibi ꝛc. Dico ꝙ
hoc verum est de vnione quātum ad naturalem cōueni/
entiā non quātum ad amoris inherētiā: seu conatuꝫ: hac
enim vnione anima per charitatē magis vnitur deo ꝙ̄ si
bi: q2 est cōmune bonū a quo dependet proprium bonuꝫ
ꝛ cuiuscūqꝫ alterius rei: vnde sicut in corpore naturali p
quādam similitudinē videmus partē magis naturaliter
diligere bonum, totius ꝙ̄ proprium: quod patet in hoc
ꝙ se exponit pro salute totius: sic in corpore mystico ipsi/
us dei quelibet pars per charitatem magis diligit bonū
diuinum a quo dependet commune bonuꝫ totius ꝙ̄ bo
num proprium. Questio. III.

Qō. 3. **Tertio** queritur. Utrum homo plus de/
Argt pº beat diligere seipsum ꝙ̄ proximū.
Et videtur ꝙ non prima Cor. 13. Dicitur ꝙ
charitas non querit que sua sunt: ergo hō per
charitatem non magis querit bonum suiipsius ꝙ̄ alteri
Secūdo us. ¶ Item ſm Augu. octauo de trini. capitulo octauo.
Tātum charitatis debemus fratri impendere quantum
nobis ipsis: ergo non plus debemus diligere nosmetip/
Tertio sos ꝙ̄ proximos. ¶ Item Ber. in lib. de diligendo deo
capitulo. 31. Illa vera ꝛ syncera est charitas qua proximi
bonum eque: vt nostrum diligimus: nam qui magis aut
solum diligit suum conuincitur non caste diligere bonū:
sed quilibet debet caste diligere bonum: ergo nullus de/
bet magis diligere bonū suum ꝙ̄ ꝓximi.

Contra philosophus nono ethicorum capitulo. 4.
In opm dicit ꝙ studiosus condolet ꝛ condelecta/
primo. tur maxime sibi ipsi. Sed illud cui maxime condolemus
in malis ꝛ condelectamur in bonis maxime diligimus:
ergo bonus homo maxime diligit seipsum qd non esset
ver si talis delectatio nō eēt ſm ordinē charitatis. ¶ Itē
Aug. l enchi. 42. c. Tractās illud verbū. Date elimosynā Secūdo
ꝛ ecce oīa mūda sunt vobis. Dicit ꝙ q vult ordinate ele/
mosynā dare a seipso debet incipe ꝛ eā sibi primū dare: sed
illū cui plus debemus subuenire plus debemus diligere
ergo plus debet qlibet diligere seipsum ꝙ̄ ꝓximū.

Respondeo ꝙ homo magis debet diligere seip Ad qōnē
sum ꝙ̄ proximum: quod sic aliqui ſm mētē
declarāt: quia deus diligitur vt beatitudinis principiuꝫ ꝓpriam.
super quā fundat amicitia charitatis. Homo aūt ex cha/
ritate se diligit inquantū est vel esse potest particeps illi
us boni. Proximum aūt inquantū est vel esse pōt socius p/
ticipationis istius boni. Fortior aūt ratio diligēdi est isti/
us boni participatio; ꝙ̄ associatio alterius in ista par/
ticipatione: ꝛ ideo ſm rectū iudiciū rōnis. Quilibet hō
magis debet seipsum diligere ꝙ̄ proximū. ¶ Uel potest
dici ſm alios ꝙ magnitudo actus diligendi ex charitate
nō tm̄ pēsat ſm magnitudinē boni diligibilis: sꝫ cū hoc ēt
ſm ꝓximitatē diligibilis ad diligētē: q2 actus charitatis
nō tm̄ est ab habitu charitatis: sed etiā a virtute diligen/
tis que est volūtatis. Ille enim actus elicitur a volunta/
te per charitatē: sicut aūt virtus naturalis vt pote virt^us
ignis fortius agit: ceteris paribus: respectu obiecti ꝓximi
ꝙ̄ remoti: Sic volūtas fortius, mouet se ad diligēdū ce/
teris paribus rē diligēti ꝓximiorē. Faciēda ḡ est compa
ratio bonitatis diligibilis approximationi ad diligētem
ꝛ si bonitas vnius diligibilis plus excedit bonitatem al/
terius diligibilis ꝙ̄ approximatio diligibilis vnius bo/
ni ad diligētē excedat approximationē diligibilis magis
boni ad eūdē diligētē: tūc ille diligēs magis debet dilige
re magis bonū. Si aūt est ecōtrario magis debet dilige/
re minus bonuꝫ: ꝛ q2 melius ꝓximi bonitas tm̄ excedit
bonitatē diligētis ex charitate ꝙ̄ proximitas diligentis
ad seipsum excedit approximationē sui ꝓximi ad deū: q2
improportionalr̄ excedit. Ideo qlibet hō ex charitate ma/
gis debet diligere seipsum ꝙ̄ ꝓximū magis bonū: ꝛ mul
to fortius ꝙ̄ quātūcūqꝫ aliū ꝓximū. Sed q2 diuina boni
tas ꝑpter sui infinitatē plus excedit bonitatē hoīs dili/
gētis ex charitate ꝙ̄ approxīatio hoīs ad seipm̄ approxi
mationē dei ad eū idō magis dꝫ hō diligere, deū ꝙ̄ seipm̄.

Ad primum in oppositū dōm: ꝙ pro tanto di Ad pmū
cit charitas nō querere que sua
sunt: q2 bonū cōe qd deus est ꝑponit ꝓprio bono: nō qn Ad 2m
magis diligat illud bonū sibi ꝙ̄ ꝓximo. ¶ Ad secūdum
dōm: ꝙ ibi ly tātum debet accipi pro nota similitudinis Ad 3m
nō equalitatis. ¶ Ad tertiū dicendum: ꝙ pro tāto dicit
Ber. ꝙ eque p charitatē diligemus bonuꝫ ꝓximi vt no
strū: q2 equale bonū hoc est summū bonum ꝓximo debe
mus velle: vt nobis quāuis nō ex pari affectu. Et cū di/
cit illū nō caste diligere bonum qui plus diligit bonū su
um ꝙ̄ proximi: intelligēdū est de illo q plus diligit suuꝫ
bonū tēporale ꝙ̄ ꝓximi bonū spūale. Qō. IIII.

Quarto queritur. Utruꝫ hō plus debeat Qō. 4.
diligere ꝓximū ꝙ̄ corpus ꝓpri Argt. 1.
um. Et videt ꝙ nō: q2 magis debet hō dilige
re illud sine quo nō pōt eē pfecte beat^us ꝙ̄ illud
sine quo pōt esse: sed aīa nō pōt esse perfecte beata etiam
beatitudine essentiali sine ꝓprio corpore: quia sicut dicit
Aug. 12. super Gen. versus fineꝫ. Inest anime naturalis
appetitus corpus administrandi: quo appetitu retardat
quodāmodo ne tota intētione pgat in illud summū ce/
lū ꝙ̄diu nō subest corpus cui^us administratione appetit^us
ille quiescat: ergo cū possit esse perfecte beata sine ꝓximo
magis debet diligere corpus ꝓpriū ꝙ̄ ꝓximū. ¶ Item Secūdo
quāto diligibilius est ꝓpinquius rei magis dilecte tāto
magis est diligendum. Sed corpus proprium ꝓpinqui/
us est anime nostre ꝙ̄ proximi: ergo cū magis animā no
strā debemus diligere ꝙ̄ proximū magis debemus dili
gere

Tertio gere corpus nostrum q̃ proximum. ℭ Item illud sine quo non potest haberi res magis diligibilis: magis ē diligendū: q̃ illud sine quo haberi pōt: sed nō magis oz diligere essentiā ꝓpriā q̃ essentiā ꝓximi cū ergo homo nō possit habere essentiā ꝓpriā sine corpore ꝓprio: q: est ex aīa ⁊ corpore ꝯstituta: ⁊ eā pōt habere sine proximo: magis debet diligere corpus proprium q̃ proximum.

In opp^m. primo **Contra** Aug. li. 1. de doctrina xp̄iana. c. 7. Inter diligibilia ex charitate: ꝑponit nr̄m ꝓximum corpori nostro. ℭ Item magis est diligibile ex charitate
Secūdo qđ directe pōt participare beatitudinem: per cognitionē ⁊ amorem: q̃ illud qđ participare non potest: nisi per redundantiam: quia pr̄ima participatio nobilior est q̃ secūda: sed ꝓximus potest eā participare primo modo: corpus nostrum non: nisi modo secūdo: ergo plus debet homo diligere proximum q̃ corpus suum.

Ad qōnē ſm mētē propriā. **Respondeo** q homo plus debet diligere proximum q̃ corpus propriū: q: bonitas proximi plus excedit bonitatem corporis nostri, ꝓpter hoc: q directe est capax dei per cognitionem ⁊ amorem: qđ corpori nostro non conuenit: q̃ proximitas corporis nostri ad animam nostram excedat approximationem proximi ad eam: maxime cum proximus noster sit conformis aīe nr̄e in rōne ⁊ voluntate que conformitas corpori respectu aīe nō ꝯuenit ex quo patet ſm dicta l q̃stione ꝓcedēti q proximus plus debet diligi.

Ad p^m **Ad primum** in oppositū dicūt aliq q quāuis dēat hō diligere ꝓximū magis: q̃ corp^9 ꝓpriū: ꝓ isto statu corruptibili: quo aīam aggrauat ſm q habet Sap. 9. nō tn̄ ꝓ statu icorruptibili quo erit necessariū aīe ad cōplemētum sue btitudinis. Un̄ ⁊ si ex charitate debeat homo magis ꝑdere velle ꝓpriū corpus vsq ad iudiciū: q̃ aīa ꝓximi patiat salutis detrimētum: plus tn̄ deberet velle ꝑdictū ꝓximi icōmodum: q̃ carere corpore proprio in perpetuum propter rationem in argumento dictam. ℭ Aliter tn̄ videt dicenduz: q magis debet homo ex charitate velle ꝓximo suā beatitudinez: q̃ aīe sue illud beatitudinis: qđ sibi accresceret in corporis resumptione: q: aut nihil sibi accrescet de btitudine essentiali: aut ita paruz: ⁊ tali modo q plene beatitudini ꝓximi nō debeat anponi.
Ad 2^m ℭ Ad scđm dicēduz: q q̃uis corp^9 nr̄um ꝓpinquius sit aīe nr̄e: q̃ ꝓxim^9 q̃tū ad ꝯstitutionē ꝓprie nature: nō tn̄ quātum ad modum participationis glorie quā nos ⁊ ꝓximi nr̄i participamus directe: corpora aūt nr̄a ꝑ redundantiam tm̄. Et preterea ex alia parte plus ponderat bonitas proximi q̃ ꝓpinquitas nostri corporis ad aīam: vt in corpore questionis dictuz est.
Ad 3^m ℭ Ad tertium dicendum: q quāuis esse hoīs nō possit esse sine corpore: tn̄ corpus est infima pars essentie nostre q magis debet homo velle salutem proximi sui: q̃ salutem corporis propry. Unde cum dicit in maiori q illud magis debet diligi: sine quo nō potest haberi res magis diligibilis q̃ illud sine quo pōt: verum est si sine illo haberi nō possit ſm se totum: nec ſm pr̄ncipaliorem partē sui. Qđ aliq tn̄ nolunt ꝯcedere: nisi de corpore nostro ꝑ statu corporali tm̄.

Questio. V.

Q. 5. **Quinto** queritur vtrum homo plus debeat diligere vnum ꝓximum q̃ alium. Et videt q nō: q: Augu. 1. li. de doctri
Argu. 1. na xp̄iana post medium: ⁊ recitat magister in lr̄a: oēs hoīes eque diligendi sunt. ℭ Item amare ē vel
Secūdo le bonū: sed oībus ꝓximis nostris debemus velle idē bonum. s. deū: ergo debemus oēs equaliter diligere. ℭ Itē
Tertio iustitia habita non tm̄ est ratio diligibilitatis: sed ēt possibilis haberi. Unde Aug. 8. li. de tri. c. 6. Qui amat hoīes aut q: iusti sunt: aut vt iusti sint amare dz. Sed quāuis oēs hoīes non sint eque iusti: tn̄ equaliter sunt capaces ipsius iustitie: si deus ifundere vellet: ergo rōne ist^9 iustitie possibilis haberi debent equaliter diligi.

In oppositū ꝑmo **Contrarium** tenet magister in lr̄a. ℭ Itē specialius ꝑcipit de^9 diligi aliquos q̃ alios. Cōmuni. n. precepto ꝑcipit omnes diligi specia
Secūdo li precepto patrem ⁊ matrem in hoc q eos specialr̄ ꝑcipit honorari: ergo nō oēs hoīes equaliter sunt diligendi.

Ad qōnē ſm mentē aliorū prima **Ad istam questionem** dicūt qdaz: q hō non plus debet diligere vnum ꝓximū q̃ aliū: quātum ad affectū: sed quantū ad effectum: qđ supꝑficialiter videt sonare lr̄a Augu. 1. li. de doctrina xp̄iana vltra mediū quā magister recitat in lr̄a pro opinione predicta.
Contra op^m ℭ Sed hec opinio est irrationabilis. nō. n. minus ꝓportionat affectus charitatis iterior: q qdem est quedam iclinatio grē suo actui exteriori q̃ nālis appetitus: q est iclinatio nāe motui exteriori ex illo nāli appetitu ꝓcedēti. Utraq. n. ordinatio a diuina sapientia procedit: sed in nālibus ita est: q nālis appetit^9 ꝓportionat motui exteriori. Unde q: terra maiorem iclinationem habet ad iferius: q̃ aqua: ideo forti^9 descendit: ⁊ est aqua iferior: ergo similiter oportet q interior motus charitatis: ita ꝓportionet actui exteriori: q illis qbus debemus maiorem effectum ceteris paribus debeamus ⁊ maiorem affectum.

Ad qōnē ſm mētē propriā. **Dicendum ergo** ad qōnem: q homo magis debet diligere vnum ꝓximum q̃ alium: nō tm̄ ſm effectuz: sed ēt ſm affectū: cuius rō est: q: cū deus sicut formale obiectum charitatiue dilectionis: ⁊ ipse diligens sicut efficiens ꝑ ipsam charitatē: sint ꝑncipiū charitatiue dilectionis: oportet qđ ſz maiorem approximationem rei dilecte ad alteruz maior sit dilectionis affectus: vnde q: quāto diligibile est meli^9 tāto magis ceteris paribus est diligendū. Sequitur quāto diligibile est melius: tāto magis ceteris paribus est diligendū: ⁊ deus ceteris paribus: q: duor eligibiliū vnuz posset ita parum excedere aliud in ꝓpinqtate ad deum: ⁊ ita excessiue excedi ab alio in ꝓpinqtate ad diligentez: q diligens magis deberet diligere minus bonuz: quāuis minor excessus in bonitate plus reddat rem diligibilem q̃ aliqñ maior excessus in ꝓpinqtate ad diligentē.

Ad p^m **Ad primum** in oppositum dicēdū: q Aug. dicit: oēs hoīes eque diligēdos ad excludēdū iequalitatē dilectōis: nō qua aliq magis diligunt: q̃ aly. Sed qua aliq diligunt ⁊ nō aly: q: oēs diligendi sunt: qđ obseruare possum^9 i affectu nō in effectu. Nō. n. oībus possum^9 ipendere dilectōis effectū. Uel forte itelligit oēs hoīes eque diligendos: q: oīb^9 optādū est eque bonū idē genere. s. btitudo eterna: nō tn̄ ex eque intenso affectu. ℭ Uel pōt dici q ibi loqt de equalitate ꝓ
Ad 2^m portōis. ℭ Ad scđm dicēdū: q non plus ꝯcludit: nisi q oīb^9 ꝓximis debem^9 velle participationē eiusdem boni. Sed ex hoc nō seqt: q illā participationē debeamus eis
Ad 3^m. velle ipari gradu ⁊ pari affectu. ℭ Ad tertiū dicēdū: q homo rōne iustitie iam habite magis ē diligibilis: q̃ rōne capacitatis iustitie possibilis hr̄i. Plus. n. mouet res: dū ē actu q̃ dū ē potētia. ℭ Pōt ēt dici: q non oēs homines sunt equalr̄ capaces iustitie: cū nō oēs aīe sint i nālibus equales.

Questio. VI.

Q. 6. **Sexto** queritur vtrū homo debeat plus diligere ext̄neū meliorē: q̃ sibi magis
Argu. p^9 ꝯiunctū minus bonū. Et videt q sic. Magis debet homo diligere illū: q ſm ꝑfectā iustitiaz magis ē diligēdus: sed ſm ꝑfectā iustitiā melior semp est magis diligēdus. Un̄ Augu. de vera religione longe añ finē: hec ē ꝑfecta iustitia: qua pot^9 potiora: ⁊ min^9 minora diligim^9: ergo homo debet magis diligere ext̄neū me
Secūdo liorē: q̃ sibi ꝯiūctū magis min^9 bonū. ℭ Itē ſm Ansel. 2. li. cur de^9 homo. c. 14. Res tm̄ ē amabilis quātum est bona: ergo si extraneus est melior q̃ magis coniunctus:

magis est diligẽdus. ¶ Itẽ homo in diligendo debet se magis ↄformare voluntati diuine. Sʒ de⁹ semp magis dili git meliorẽ: ergo p charitatem dʒ homo magis diligere meliorem q̃ꝫ sibi coniunctiorem.

In oppo situm p⁹ **Contra** Augu. i. li. de doctrina xp̃iana vltra mediũ cũ oibus ꝓdesse nõ possis his potissimum ↄsulendũ ẽ: q ꝓ locoꝝ ꝛ tẽpoꝝ vel quarũlibet rerum op portunitatibus ↄstrictius tibi: quasi quadã sorte iungun tur: sʒ vt i ꝓcedẽti qõne habitũ ẽ effect⁹ exterior charita tis ꝓportionari debet affectui iteriori: ergo semp ꝓximi magis sunt q̃ꝫ extranei ex charitate diligendi. ¶ Item
Secũdo Apl's. i. Thimo. 5. Siquis suoꝝ maxime domesticoꝝ cu/ rã nõ hʒ: fidẽ negauit ꝛ est ifideli deterior: ex hac auctori
Tertio tate potes arguere vt ꝑus. ¶ Itẽ amicitia nãliter recta magis diligim⁹ eos: q sunt nobis magis ↄiuncti ſm nãʒ: vt filios magis q̃ꝫ fratres ꝛ ↄsanguineos magis q̃ꝫ extra neos. Sed charitas ordinẽ nãe recte nõ destruit: sed ꝑfi/ cit: ergo p charitatẽ magis debemus diligere nobis ma/ gis ↄiunctiores q̃ꝫ extraneos meliores.

Ad qõnẽ ſm mẽtẽ ꝓpriaꝫ. **Respondeo** q̧ nos aliquẽ diligere magis q̃ꝫ ali um dupliciter põt itelligi: aut sibi optãdo maius bonum: aut ex affectu maiori. ¶ Primo modo debet homo magis diligere extraneũ meliorẽ: q̃ꝫ sibi magis ↄiunctũ min⁹ bonũ ꝓ statu illo: ꝓ quo sunt i tali gradu bonitatis: q: hoc reqrit iustitia dei: vt maiori merito respondeat maius ꝑmiũ quãdiu tñ sumus in sta tu vie in quo põt esse ꝑfectus in merito debet homo vel le: q̧ magis sibi ↄiunctus ꝑueniat ad maius meritum q̃ꝫ extraneus: ꝛ ex ↄseq̃nti ad maius ꝑmium. ¶ Loquẽdo aũt de magis diligendo. ¶ Scd'o modo dico q̧ cũ in or dine diligẽdi ex charitate debeat haberi aspect⁹ ad ꝓpin quitatẽ diligibiliũ ad deũ: ꝛ ad diligentẽ. Ita tñ q̧ mul/ to magis ponderet homo excessum i vno gradu ꝓping tatis ad deũ q̃ꝫ excessum i vno gradu ꝓpingtatis ad di/ ligentẽ: tãta põt esse bonitas extranei: ꝛ tã parua bonitas ꝛ ꝓpingtas mihi magis coniuncti: vt pote q: nõ attinet mihi: nisi in tertio gradu: vel i. 4. q̧ ex maiori affectu de beo diligere extraneũ magis bonũ: q̃ꝫ mihi magis ↄiun/ ctũ minus bonũ. ¶ Põt ẽt esse: q̧ ille q mihi ↄiunctus est: ita de ꝓpinquo mihi ẽ ↄiunctus: ꝛ excessus bonitatis ex̃nei vltra bonitatẽ istι⁹ ita paruus q̧ plus debeo dilige re istũ minus bonũ magis mihi ↄiunctũ: q̃ꝫ illũ ex̃neum magis bonũ: q: tñ habeo a parẽtibus meis esse meũ: cre/ do q̧ sicut nõ debeo aliquẽ ꝓximũ ex maiori affectu dili gere: q̃ꝫ me ipm: quãtũcunqꝫ excedat me in bonitate: sic
Magis diliger̃ dñ dem⁹ xp̃ꝫ ꝛ virginẽ q̃ꝫ pĩeꝫ ꝛ matrem. nõ debeo aliquẽ ꝓximũ ex maiori affectu diligere: q̃ꝫ pa trem meũ: quãtũcũqꝫ excedat pr̃em meũ in bonitate: nõ ꝑuilegiata: qd' dico pp bonitatem humane nãe xp̃i: ꝛ btẽ virginis: quos ex maiori affectu diligere debeo: q̃ꝫ patreꝫ vel mr̃em: q: p eoꝝ bonitatem nobis ꝑuenit magis bo/ num: q̃ꝫ per parentes.

Ad p^m ꝛ secundũ **Ad duo** ꝑma dicendũ: q̧ ille auctoritates itelligẽ de sunt ceteris paribus. ¶ Ad tertiũ cũ
Ad 3^m di: q̧ homo i diligendo: debet se ↄformare diuine volũta ti: dico q̧ verũ est: nõ semp volendo qd' ipse vult: sed qd' ille vult hoiem velle: ꝛ ideo quanuis deus magis diligat magis bonũ: q: nulla ẽ ꝓpingtas ad deũ: nisi p bonitatẽ nõ tñ vult me ex maiori affectu diligere extraneum me/ liorẽ q̃ꝫ meũ patrẽ: q: vult q̧ in diligẽdo ego seruẽ rectã iclinationẽ nãe: q̃ꝫuis nõ vult q̧ seruẽ iclinationẽ corru/ ptã. ¶ Ex dictis i corpore qõnis satis patet: qd dicẽduꝫ sit ad argumẽta ad aliã ptẽ. Procedũt eni de ex̃neo non hñte tm excessũ i bõitate: qd' plus põderet i mouẽdo affe
Qõ. 7. ctũ q̃ꝫ ↄiunctio eũ diligẽte. Questio. VII.

Septimo querit vtrum homo debeat magis diligere pr̃em q̃ꝫ filiũ.
Argu. p⁹ Et vi q̧ non: q: homo ceteris paribus: magis debet diligere illum: q est ꝓximior sibi. Sʒ ſm pħm. 8. ethi. c. 17. Filius ẽ ꝓximior patri: q̃ꝫ pater filio: ergo magis debet diligere suũ filiũ q̃ꝫ suũ patrem. ¶ Itẽ
Secũdo tãto homo: ceteris paribus: magis debet diligere sibi con iunctũ: quãto certius cognoscit illã ↄiunctionem. Sʒ pa tres magis cognoscũt suos filios esse suos: q̃ꝫ filij parẽtes ſnt pħm eodem li. ꝛ codẽ. c. ergo magis debet diligere su
Tertio um filiũ q̃ꝫ suũ patrẽ. ¶ Itẽ magis debet homo diligere ceteris paribus illud qd' est aliqd sui: q̃ꝫ illud qd' nõ. Sʒ ſm pħm eodem li. ꝛ eodem. c. fili⁹ est aliqd patris nõ ecõ uerso: ergo magis debet homo diligere filiuꝫ q̃ꝫ patrem.
¶ Item quãto homo dilexerit aliquẽ longiori tpe: tãto Quarto
ceteris paribus magis debet illũ diligere: q: diuturnitas diligendi firmat ꝛ fortificat dilectionem: sed pater lõgio ri tpe amauit filiũ: q̃ꝫ ecõuerso: ſm pħm codẽ li. ꝛ eodem c. ergo homo: ceteris paribus: magis debet diligere fili/ um q̃ꝫ patrem.

In op^m primo **Contra** Ambro. in glo. sup illud Canti. Ordinauit in me charitatem: ꝛ recitat magister in i'a. Primo deus diligendus est. Secũdo parentes: inde filij.
Secũdo ¶ Item magis filius a patre dependet: q̃ꝫ ecõuerso: sed maior est iclinatio rei ad illud a quo depẽdet: q̃ꝫ ad illud a quo nõ dependet: ergo maior est iclinatio filij ad pr̃em: q̃ꝫ ecõuerso. Sed illud ad qd' est maior inclinatio fortius est diligendum: ergo fortius debet homo diligere ꝓxi/ muꝫ q̃ꝫ econuerso.

[Ad primū] **Ad primum** in oppositū dicendū: q illa glo. non loquit de gloria essentiali: sed accidentali seu aureole: que debet virgini: siue cuiusdam delectationis que debet anime inocenti: eo q deum grauiter nō offendit. [Ad 2m] ¶ Ad secūdum cum dicit: q charitas incipiens: nō potest esse tāta sicut pficiens etc. dico q verum est de eadē charitate in numero: sed in diuersis charitatibus numero: non oportet q sit verz. [Ad 3m] ¶ Ad tertiuz dicendum: q homini existenti in grā p bonum motum ex illa licitum: quandoq supadditur maior portio charitatis: q̄ fuerit pma: quandoq equalis: quādoq minor sm efficaciaz illius motus maiorē: vel minorē: quātūcūq tn parū supaddat ex illo qd inerat et supaddito: efficit aliqd maius q̄ ante.

[Qō 3.] Questio. III.

Tertio queritur vtrum homo p quantulācunq charitatem: possit resistere quātecūq temptationi. [Argt. 1.] Et videt q nō. Quātulacūq charitas nō pōt operari: quātūcūq bonum: ergo a simili nec resistere quātocūq malo. [Secūdo] ¶ Itez quātulacūq charitas non potest resistere quātecunq temptationi venialium: q de lege cōmuni nō possumus sine venialibus ducere hāc vitaz: sed maior est temptatio peccati mortalis q̄ venialis: ergo multominus potest quantulācunq charitas resistere quātecūq temptationi peccatoz mortalium. [Tertio] ¶ Item ex quātulacūq charitate: nō potest homo sustinere martyrium: q est opus charitatis pfecte: dicente saluatore Joh. 15. Maiorez hac dilectionē nemo habet: q̄ vt animam suam ponat quis: pro amicis suis: ergo ex quātulacūq charitate non pōt homo resistere temptationi violente mortis.

[In opm. primo] **Contra** maius est expellere quātūcūq peccatum: q̄ resistere quātecunq temptationi inclinanti ad ipsam. Sed p quantulācunq charitatem expellit quantūcunq peccatum: ergo p quantulācunq charitatem potest homo resistere quantecunq temptationi. [Secūdo] ¶ Item potentior est quantulacunq charitas ad resistēdum temptationi: q̄ natura etiam integra. Sed homo in statu nature itegre: p sola naturalia potuisset resistere temptationi quātecunq sm magistruz li. 2. distin. 24. ubi expresse dicit: q p sua naturalia poterat manere si vellet: ergo multo fortius hoc pōt hō p quātulācūq charitatē.

[Ad qōnē sm mētē propriaz.] **Respondeo** q homo p quātulācunq charitatem resistere quātecunq temptationi: dupliciter pōt intelligi. s. aut de resistentia necessaria ad vitandum mortale peccatū: ad qd illa temptatio quātum erat ex parte sua ipellebat: vel vt pprius loquar, iclinabat: aut de resistentia pfecta: p quā homo temptat⁹ nō solum nō iducit in consensoz peccati: sed etiam nō emollit: sed robustior efficit: q̄ esset ante temptationem. Primo modo p libertatem arbitrij ad vitam p quantulācūq charitatem potest resistere quātecūq temptationi: q p quātulācunq charitatem deum omni bono creato pponit. sicut. n. dicit Augu. in quadā glo. sup illud ps. Bonum mihi lex oris tui. Amplius diligit charitas legē dei q̄ cupiditas mala auri et argēti: hec de qualibet charitate sine distinctione dictuz est. Sed temptatio quelibet ad peccatum quātum ē ex parte sua ad hoc ordinat: vt creator propter creaturam deserat. Secundo modo non pōt homo ex

homo ex quātulacūqꝫ charitate resistere quātecunqꝫ temptationi:nisi in sustinēdo illam temptationem illa charitas crescat:ita ꝙ que erat in principio temptationis parua ante finem temptationis efficiatur magna.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicēdum: ꝙ operari quātācūqꝫ bonum:quantuꝫ ē ex parte operis difficilius est:ꝗꝫ resistere quātecunqꝫ temptationi.Et ideo nō oportet:ꝙ si p quātulācunqꝫ charitatē homo nō possit vnum ꝙ nō possit aliud.

Ad 2ᵐ ℭ Ad secūduꝫ dicēdum:ꝙ homo p quātulācunqꝫ charitatem potest resistere temptationi īclināti ad veniale peccatum loquendo in singulari de quolibet p se:sed nō potest omnibus ī cōmuni:quilibꝫ vtroqꝫ modo possit resistere p quantulācunqꝫ charitatem quātecūqꝫ temptationi respectu peccati mortalis:qđ nō ꝯtingit pp maiorem temptationis venialium grauitatem:sed pp eoꝝ maiorem numerositatē ꝛ impulsionem.Et qꝛ ad cōmittēdum peccatum veniale nō requirit ita plenius ꝯsensus sicut ad cōmittenduꝫ peccatum mortale.

Ad 3ᵐ ℭ Ad tertium dicēdum:ꝙ sufficientia martyrij in aliquo casu cadit sub ꝯsilio tm̄.s. quando nō iminet necessitas:sed homo vltro offert se pp motionem diuine legis.Alio modo cadit sub precepto.s.quando īminet necessitas aut deum deserēdi:aut mortem subeundi.Primo modo nō pōt homo ex quātulacūqꝫ charitate subire martyrium:qꝛ hoc est opus charitatis pfecte.Et sic ītelligit illud verbum saluatoris in argumēto allegatum.Secūdo modo potest homo ex quātulacūqꝫ charitate sustinere martyrium ēt si non augeret: semp tamē in sustinētia martyrij augeť charitas:qꝛ p hoc ꝙ homo ex charitate in actu difficillimo facit totum posse suum p dei honore ꝛ amore:mereť vt sibi charitas augeať. ℭ Argumenta ad partem aliam gratia conclusionis possunt concedi.

Consequenter querit de secūdo principali. Et circa hoc queruntur tria. ℭ Primo vtruꝫ liber vite sit aliqđ īcreatum. ℭ Secūdo vtrum ī illo scripta sint bona tm̄. ℭ Tertio vtruꝫ aliquis possit deleri de libro vite.

Qō.1. Questio. I.

Argt.1. **Primo** ostendo:ꝙ liber vite non sit aliquid increatum:sup illud ecclesiastes.24.Hec omnia liber vite. dicit glo.i. nouum ꝛ vetus testamentum:ergo cum vetus ꝛ nouum testamētum nō sit aliquid īcreatum:ꝛ liber vite.

Secūdo nō.n.est aliquid īcreatum. ℭ Item glo.sup illud Apoc.2.Alius liber apertus est:qui est liber vite:dicit ꝙ ē xp̄s q̄ tūc apparebit oībus patens:sed nō erit oībus patens: nisi īquātum homo:ergo cum īquātum homo nō sit aliqđ īcreatum:liber vite nō est aliqđ īcreatum.

Tertio ℭ Item Augu.2.de ci.dei.c.14.Liber vite quedam vis diuina īntelligenda est:qua fiet vtriqꝫ opa sua bona vel mala:cūcta in memoria reuoceť. Sed memoria hoīs respectu bonoꝝ vel maloꝝ suoꝝ nō est aliquid increatum:ergo liber vite nō est aliquid increatuꝫ.

In oppositum pᵒ **Contra** Augu.de tri.14.c.15.Dicit ꝙ regule immutabiles vbi qđ sit iustum ēt iniustus agnoscit:scripte sunt in lucis illius libro que veritas dī:sed liber illius lucis que dī veritas liber vite est:ergo liber vite qđ īcreatuꝫ est. Ipsa.n.lux que veritas dī:de qua ibi loquiť

Secūdo Tertio Augu.īcreata est. ℭ Item Augu.20.de ci.c.15.dicit ꝙ liber vite ē psciētia dei que falli nō pōt. Sed pscientia dei qđ īcreatum est:ergo liber vite est qđ īcreatum.

Ad qōnē sm̄ mentē ꝓpriaꝫ. Liber vite cōparatur libro militie. **Respondeo** ꝙ sicut liber militie tripliciter potest dici.s.in quo traditur ars militaris:vel in quo scripta sunt valentium militum facta: vel in quo scribunť ad militiam electi:sicut liber vite tripliciter pōt accipi:vno modo p librō in quo scripta sunt ea que ducūt ad vitam eternaꝫ:ꝛ sic liber vite ē vetus ꝛ nouum testamētum.Alio modo p libro in quo scripta sunt facta electoꝝ ad vitam eternā:ꝛ sic liber vite erit cuiuslibet ꝯscientia in iudicio:ꝛ sic erūt multi libri:ꝛ de hoc intelligit illud verbum Apoc.20.vidi mortuos magnos ꝛ pusillos stātes in ꝯspectu troni:ꝛ libri apti sunt.i. patefacte sūt ꝯscie singuloꝝ. ℭ Alio modo p libro in quo scripti sunt electi ad vitam eternaꝫ. Et sic sm̄ glo.sup illud ps.Deleant de libro viuentiuꝫ. Liber vite ē notitia dei: qua pdestinauit ad vitam:quos pscuit ꝯformes fieri virgini filij sui.Et sic cum notitia dei sit qđ increatum:liber vite aliqđ īcreatum ē:que notitia liber dī p quādaꝫ similitudinem:qꝛ sicut scriptura libri mālis ē signum firmiter īpressum eoꝝ que fienda sunt:ita notitia dei est apud ipm īdelebile signum respectu eoꝝ q sunt ad vitam eternam pducendi:ꝛ de illo libro ītelligit illud qđ dī Apoc.21.de ciuitate supna ꝙ nō intrabit in ea aliquid coinquinatum:aut abhominationem faciens ꝛ mēdacium:nisi qui scripti sunt in libro vite.

Ad argᵃ Ad pᵐ **Argumenta** ad partem secūdam pcedūt de libro vite tertio mō dicto. ℭ Primum argumētum ad partē pmam pcedit de libro vite, primo modo dicto.

Ad 2ᵐ ℭ Ad secūdum dicēduꝫ: ꝙ xp̄s dī liber vite īquātuꝫ homo:vt exemplar viuēdi:via gre nō vt exemplar repsentans scriptos ad vitam glorie.

Ad 3ᵐ ℭ Ad tertium dicēdum ꝙ illa vis diuina:si accipiať pro ipsa vi que est in deo:qđ increatum est.Si autem pro vi ab illa effecta in ꝯsciētia singuloꝝ:quid creatū ē:ꝛ accipi debet p libro scđo modo dicto.

Qō.2. Questio. II.

Argt pᵒ **Secundo** querit vtrū in libro vite scripta sint bona tm̄. Et videť ꝙ nō.Quia pscientia dei nō tantūmodo est respectu bonoꝝ:sed ēt respectu maloꝝ:sed vt in pcedenti questione habituꝫ ē:est liber vite pscientia dei:ergo in libro vite nō tātūmodo scripta sunt bona : sed ēt mala.

Secūdo ℭ Item secūdum scripturam libri vite dabiť sententia in iudicio.aliter.n.nō diceret.apoc.20.sedente iudicio.Alius liber apertus esse qui est liber vite: sed sicut in iudicio dabiť sententia p bonis pp eoꝝ merita:ita ꝯ malos pp eorū demerita:ergo in libro illo scripta sunt bona ꝛ mala.

Tertio ℭ Item glo:a sup illud Luce.10.Noia vr̄a scripta sunt in celis:dicit ꝙ siquis celestia siue terrestria opa gesserit:p hec quasi in lr̄is annotatis apud dei memoriā eternaliter est affixus.

In oppᵐ primo. **Contra** Illa sola que a deo sunt:sunt in illo vita secūdum illud.Jo.1.qđ factum ē in ipso vita erat:sed mala nō sūt a deo:ergo nō sunt in deo vita ꝛ ex ꝯsequenti nec in libro vite scripta.

Secūdo ℭ Iteꝫ si ibi essent scripta mala damnatoꝝ:sicut bona saluādoꝝ:nō tm̄ possent dici liber vite:sed liber mortis.Cū ergo notitia dei: ita dicatur liber vite:ꝙ non liber mortis : ibi non sunt scripta nisi bona.

Ad qōnē sm̄ mētē propriaꝫ. **Respondeo** ꝙ ꝓprie loquēdo in libro vite nō sūt scripta:nisi bona sub bonis ꝯprehendēdo mala pene īquātuꝫ iusta sunt.mala.n. culpe cū nulli boni habeant rōnem in illo scripta nō sunt.Nec n.dicunť scribi in libro:nisi ea que p figuras ꝓprias repsentanť:ad similitudinē aūt figuraꝝ in māli libro sunt idee in libro vite.Cum ergo mala culpe ideas ꝓprias ī deo nō habeant:sed cognoscanť p ideas bonoꝝ oppositoꝝ: proprie nō possunt dici in libro vite esse scripta:quāuis notitia dei:nō tātūmodo sit respectu bonoꝝ:sed etiā maloꝝ.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositum dicēduꝫ:ꝙ liber vite nō est pscientia dei generaliter dicta sed respectu eoꝝ:qui scripti sunt ī libro.Unde post ꝗꝫ dicit Augu.ꝙ pscientia dei est liber vite:imediate subiungit:in quo sunt scripti.i.ante precogniti :ꝙ referť ad predestinatos:de quibus statim ante locutus est.

Ad 2ᵐ ℭ Ad secūdum dicēdum:ꝙ p scripturam bonoꝝ cognoscunť

sunt itellectui nr̃o ratio itelligẽdi nõ est in via: aut nõ: ꝫ sunt causate in nobis mediãte itellectione tactum ẽ lib. 2.
Ad q̃õnẽ ſm mẽtẽ propꝛiaꝫ. Uidet ergo mihi dicẽduꝫ ad q̃õnem ꝙ in aĩabus beatis ẽt ante corpoꝝ resumptionẽ remanebit habitus scientie acquisite: q: ad sui rõne nihil est beatitudini repugnans: vt ante dictum est. Remanebit ẽt quantũ ad actum: sub alio tñ modo q̃ꝫ in statu vie: q: aĩa existens incorruptibili corpoꝝ: p nãm ⁊ de lege cõmuni: nihil põt itelligere sine phãtasmate vt declaratũ est li. 2. distin. 25. in penul. q. nec ẽt põt itelligere ꝯclusiones: nisi in quadaꝫ collatione ad pricipia. In patria aũt itelligit sine phantasmate per spẽs itelligibiles: ⁊ ẽt sine discursu p simplicẽ ituitum simul i pricipio ituendo ꝯclusionem in hoc aliquo modo assimulata cognitioni angelice. Post corpoꝝ autẽ resumptionem: credo ꝙ poterũt itelligere scibilia quoꝝ habẽt sciam in phãtasmate: ⁊ ẽt sine phãtasmate si voluerint: ⁊ ẽt sine discursu itelligẽt: ita ꝙ itelligẽdo sine phãtasmate ⁊ sine discursu erunt similes angelis dei.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppositum dicẽdũ: ꝙ aplš intellexit de destructione scientie quãtum ad modũ ꝯsiderandi qui est in via: q: in pãa erit
Ad 2ᵐ actus ꝯsiderãdi nobiliori modo vt visum est. ¶ Ad secũdum dicendũ: ꝙ nõ est incõueniẽs ꝙ duorum qui pares fuerũt in merito p cõparationem ad gloriam substãtialẽ: vnus in patria quãtum ad aliquid maiorem habeat dele-
Ad 3ᵐ ctationem accidentalem. ¶ Ad tertiuꝫ patet rñsio ex di-
Q̃õ. 2. ctis in corpore questionis. Questio. II.

Argũ. 1. **Secundo** querit̃ vtrũ virtutes theologice euacuabunt̃ in pãa. Et videt̃ ꝙ non. Aplš. 1. Cor. 13. dicit ꝙ charitas nunq̃ꝫ excidit: glo. ẽt sup illud ad Ro. 1. Iustitia dei in eo reuelat̃ ex fide in fidem. Dicit ꝙ hoc erit ex fide verboꝝ quibus credimus que nõ videmus in fidẽ reruꝫ qua credita obtinebimus: ergo in patria remanebit charitas ⁊ ẽt fides: ergo a simili ⁊ spes que inter p̃dictas
Secũdo vĩ media. ¶ Item fides est totius edificij spũalis fundamentũ: spes que erigit quasi parietes: sed fundamẽtũ ⁊ parietes non destruunt̃ p edificij ꝯsumationem: ergo fides ⁊ spes in pãa remanebũt: ergo multo fortius ⁊ charitas q̃
Tertio pricipalior ẽ qualibet illaꝝ. ¶ Itẽ destructo fundamento destruit̃ edificiũ: sed fides formata p charitateꝫ fundamentũ est edificij spũalis: ergo si destruerent̃ i pãa fides vel charitas destrueret̃ totũ edificiũ spũale: qd̃ falsum ẽ: charitas ergo ⁊ fides in pãa remanebunt: ergo a simili ⁊
Quarto spes. ¶ Item sicut clara dei visio nõ cõpatit̃ secũ actum credẽdi: nec secura ⁊ pfecta tentio actũ spandi: ita pfecta fruitio nõ cõpatit̃ secũ actum iperfecte diligendi: quo ex charitate diligimus i via: sed tñ hoc nõ obstãte habitus charitatis vie i pãa remanebit: ergo a simili habitꝰ fidei
Quinto ⁊ spei. ¶ Itẽ magis opponit̃ fidei ⁊ spei: mortalis culpa q̃ꝫ gloria: q: magis opponit̃ vitium virtuti q̃ꝫ terminus eius: sed fides ⁊ spes i viatore simul stant cũ mortali culpa: ergo multo fortius simul stabũt cum glĩa: sed ꝯstat ꝙ charitas remanebit: ergo nulla virtꝰ theologica euacuabitur in patria.

In oppositum pᵒ **Contra** 1. Cor. 13. Cũ venerit qd̃ pfectũ ẽ euacuabitur qd̃ ex parte ẽ. Sed cognitio fidei ⁊ tentio spei ⁊ charitas vie sunt ex parte: ergo oẽs euacuabũt̃
Secũdo in pãa. ¶ Itẽ charitas ẽ excellentior via ad glĩam iuxta aplm̃ dicẽtẽ de charitate. 1. ad Cor. c. 12. Adhuc excellentiorẽ viã nobis demõstro: sed cessat via cũ puenit̃ ad terminũ: ergo cũ puenerimꝰ ad patriaꝫ euacuabit̃ charitas: ergo multo fortius fides ⁊ spes.

Ad q̃õnẽ ſm mẽtẽ alioꝝ pᵒ. **Ad istam questionem** dicũt aliq̃ ꝙ i pãa nulla virtus theologica euacuabit̃ quãtũ ad habitũ: sed pficiet̃ tñ fides ⁊ spes quãtũ ad actus quos habẽt i via euacuabũtur: vnde sic euacuabunt̃ vt sciaꝫ q: actus charitatis in pãa: nõ differt ab eiꝰ actu, i via: nisi ꝙ ẽ pfectior: ⁊ ideo di-
ꝙ charitas nunq̃ꝫ excidit. ¶ Alij dicũt cõius ⁊ securiꝰ: Secũdo
ꝙ fides ⁊ spes i pãa euacuabunt̃ nõ tñ charitas. ¶ Q̃ aũt spes euacuet̃ sufficiẽter videri põt p ea que supius dicta sunt distĩn. 26. i illa q̃õne. vtrũ spes nunq̃ꝫ fuerit i paradiso: vñ hic repetere nõ oportet. ¶ Q̃ aũt euacuet̃ fides sic declarat̃: enigma essentiale ẽ fidei: q: ẽ de rõne ipsius: ꝫ enigmatica cognitio respectu dei esse nõ põt: i illo itellectu: vbi ꝯtinue ẽ clara visio dei. Actus ergo fidei i pãa nõ remanebit: sed icõueniẽs ẽ remanere habitum: vbi nunq̃ꝫ possit exire in actũ cũ hitus nihil aliud sit q̃ꝫ q̃dã habilitas iclinãs potẽtiã ⁊ determinãs ad actum: ⁊ maxime hoc esset icõueniẽs i pãa: vbi nullꝰ potẽtie iclinatio remanebit icõpleta: q: aũt charitati vie iperfectio sua nõ ẽ essentialis: q: nõ ẽ de rõne charitatis: sed ẽ ei accidẽs: ideo charitas vie remanebit i pãa ⁊ tollet̃ ipfectio sua p vltimatũ ipsiꝰ cõplemẽtũ: qd̃ erit p essentialẽ augmẽtũ hitus ⁊ p p̃sentiã sũme diligibilis clarissime visi q̃ vehemẽter dilectionẽ augebit: ita ꝙ cõplebit̃ charitas ⁊ quãtum ad habitũ ⁊ quãtum ad actum.

Ad primum dicẽduꝫ: ꝙ illa glo. ad Ro. soluit̃ p istam sequẽtẽ: q: post verba allegata seq̃t: ꝙ iproprie dĩ fides: quãtum aũt ad illud qd̃ cõ- Ad pᵐ
cludebat de charitate ꝯcedẽduꝫ est. ¶ Ad scd̃m dicẽdũ: Ad 2ᵐ
ꝙ fides nõ ẽ fundamentũ edificij spũalis: nec spes parietes: nisi pro statu vie. ¶ Ex hoc patet solutio ad tertium. Ad 3ᵐ
¶ Ad quartũ dicẽdũ: ꝙ nõ ẽ sĩle de actu credẽdi ⁊ spe- Ad 4ᵐ
randi p cõparationẽ ad glĩam ⁊ de actu ipfecte diligendi ex charitate: q: duo pmi actꝰ hñt iperfectioneꝫ de sua rõne: ⁊ ita ẽ eis essentialis: ipfectio aũt q̃ ẽ i actu diligendi ex charitate est ei accidentalis. s. aut pp ipfectioneꝫ habitus accidentalem: aut pp ipfectionem cognitõis rei dilecte ⁊ aggrauationem aĩe p corruptibile corpꝰ. Quod aũt est essentiale rei nõ põt remoueri ab ea ipsa manente: qd̃ aũt accidentale est ea accidẽtalitate separabili: sicut est accidentalitas ipfectõis actꝰ diligendi ex charitate: põt remoueri re remanente: ⁊ iõ cũ habitꝰ charitatis hẽbit suũ vltimatũ cõplemẽtũ ⁊ obiectũ charitatis erit clare visũ ⁊ aĩa a corpore nõ aggrauabit̃: tũc actꝰ diligendi ex charitate pficiet̃. ¶ Ad q̃ntũ dicendũ: ꝙ quãuis mortalis cul- Ad 5ᵐ
pa magis opponat̃ fidei ⁊ spei rõne forme sue q̃ charitas est q̃ꝫ glĩa: tñ nõ ẽ veꝝ de fide ⁊ spe quãtũ ad essentiã habituũ: magis eñi opponit̃ eis glĩa ⁊ ideo nõ oportet: ꝙ si essentie fidei ⁊ spei possent stare cũ mortali culpa ꝙ possint stare cum gloria.

Ad primum ad partẽ aliã cũ dĩ: ꝙ cuꝫ venerit qd̃ pfectũ est euacuabit̃ qd̃ ex pte est ⁊c̃. Dico ꝙ hoc itelligẽdũ est de hoc qd̃ est ex parte. i. ipfectũ essentialr̃: ⁊ sic sunt ex parte fides ⁊ spes: nõ autẽ de hoc: qd̃ est ex parte accidentalr̃. Et sic est ex pte charitas vie: ⁊ ideo ipsa remanebit eiꝰ impfectione sublata: q: nõ ei ierat: nec quãtũ ad habitũ: nec q̃ꝫtũ ad actuꝫ tanq̃ꝫ de rõne ipsius. ¶ Ad scd̃m dicendũ: ꝙ charitas vie non est via ad patriã: nisi sub rõne: qua charitas impfecta vel quãtũ ad actũ vel quãtũ ad habitũ: ⁊ ego bene ꝯcedo ꝙ cũ puenit̃ ad terminuꝫ q̃ est glĩa cessat charitas sub rõne qua ipfecta est: q: quãuis remaneat charitas: tollet̃ tñ imperfectio eius. Questio. III. Q̃õ. 3.

Tertio querit̃ vtrũ i pãa remanebit charitas quãtũ ad ordinẽ diligẽdi: q̃ est i via. Et vĩ ꝙ nõ. Aug. i li. de vera religione longe añ finẽ. Ꝧ est pfecta iustitia: qua potiꝰ potiora ⁊ minꝰ minora diligimꝰ: sꝫ i pãa erit pfecta iustitia: ergo semp plus diliget̃ ibi meliores: q̃ tñ ordo nõ ẽ i via.
¶ Itẽ ille plus diligit̃ cui maius bonuꝫ optat̃. Sed q̃libet i pãa maiꝰ bonũ vult ei q̃ maius bonũ hꝫ: aĩr nõ esset volũtas bonoꝝ ꝯformis diuine volũtati: ergo quilibet in pãa plus diligit meliorẽ se q̃ꝫ se ipm̃: hic tñ ordo nõ est i Argũ pᵐ Secũdo

Tertio via. ¶ Itē Bernardus I libro d̄ diligēdo deo.c.27.dicit q̄ i fcris I pr̄ia oēm humanā affectionem quodā ieffabili modo necesse erit a se ipso liquescere atq̄ i dei penit⁹ trāsfundi voluntatem aliogn quō oīa in oībus erit deus: si i hoīe d̄ hoīe qcq̄ superitex: quo patet q̄ i pr̄ia tota ratio diligendi erit de⁹: ergo homo plus diliget aliū q̄ seipm: si est deo magis ꝯiunct⁹: hic aūt ordo in via non est.

In op^m. primo **Contra** natura p gr̄iam nō tollit: sed pficit sed i statu nāe ēt itegre homo nunq̄ tm̄ dilexisset aliū quātū seipm ⁊ plus dilexisset ꝓpinquos q̄ extraneos: ergo hic ordo i pr̄ia remanebit ⁊ erit pfect⁹.

Secūdo ¶ Item habitus ipfectus ad nihil iclinat ad qd̄ nō iclinet cuz est pfectus: quāuis iclinet pfectiori modo: ergo si charitas iperfecta iclinat in via volūtatem hoīs ad magis diligendū seipm q̄ aliū ⁊ proximum q̄ extraneū: ad hoc idē

Tertio iclinabit i pr̄ia: quāuis modo pfectiori. ¶ Itē salrē ostendo q̄ remaneat quo ad hoc: q̄ semp plus diliget seipsuz q̄ aliū: q̄ aliter sequeret hoc icōueniēs q̄ Petrus plus gauderet de bono Lini q̄ Lin⁹ de bono ꝓprio. Ex quo.n. Petrus bonū Lini tm̄ diligeret quātū diligeret equalem portionem boni sui: cū maiorem virtutem habeat ad gaudendū q̄ Linus necessario sequeret q̄ plus delectaret in bono Lini q̄ ipsemet Linus.

Ad qōnē ſm mentē aliorū **Ad istam questionem** dicūt aliqui: q̄ q̄ ibi tota ⁊ pcisa ratio diligendi erit bonitas: ideo ibi quilibet semper plus diliget meliorem ⁊ si alius est melior eo: plus diliget aliū q̄ seipm: cui videt ꝯsonare q̄ hoīes ēt in via charitatis sup excellentis multum ꝯformis charitati pr̄ie habent: ordinem diligendi obseruare videbant. Dicebat.n. Moyses: vt habet Exo.31. orans deuz p filijs israel: aut dimitte eis hāc noxam: aut dele me de libro tuo. Et apl's anathema esse cupiebat a xp̄o p salute fratrum: vt habet ad Ro.9. reputātes maius bonū i cōitatis salute q̄ sua. ¶ Hoc ēt exp̄ssius ꝯfirmāt p Ansel. dicentem p solo. penultimo.c. In illa pfecta charitate innumerabiliū bonorū angeloꝝ ⁊ hoīuz: vbi nullus minus diliget aliuz: q̄ seipsum: nō alr̄ gaudebit qsq̄ p singulis alijs: q̄ pro se ipso. Ad qd̄ sequit q̄ eque bonū sibi eque diligit meliorē plus

Contra op^m ⁊ minus bonū minus. Sed ꝯ hanc opinionem est Hug. exp̄sse li.2. de sacra. parte.13.c.10. dicens. Si primi salutē magis qs eligit q̄ suā deum minus diligit q̄ ꝓximuz: a quo separari vult pp ꝓximū. ¶ Preterea hoc videt esse ꝯtra dictamen nāe ⁊ pfectionem gr̄ie ⁊ rectitudinem diuine iustitie. Nā.n. ēt itegra dictabat hoīem plus se debere diligere q̄ alium. Gr̄ia ēt intimius ⁊ pfectius respicit illum in quo est: q̄ aliū. Diuina ēt iustitia hoc exigit: vt homo plus gaudeat de ꝓprijs meritis q̄ alienis.

Ad qōnē ſm mētē propriāz. **Videtur ergo** mihi dicendū sine pīudicio q̄ cū diligere sit velle bonū possumus loqui de ordine diligendi p cōparationem ad bonum volituz vel ad intensionem actus volendi. Primo modo remanebit ordo diligendi ex charitate in pr̄ia q ē in via p cōparationem hoīs ad deum. In vtroq̄.n. statu maius bonū vult homo ex charitate deo q̄ sibi: vel cuicunq̄ alij: nō remanebit tm̄ p cōparationem hoīs ad proximum: q̄ post corpoꝝ resumptionem nullus erit possibilis ad maius bonum q̄ erit illud bonum: qd̄ tunc habebit: ⁊ ideo cuilibet habenti maius bonuz volet maius bonū: vnde minus bonus maius bonū volet meliori q̄ sibi. In statu aūt vie nō est sic: q̄ enim in via homo min⁹ bonus possibilis est ad maius bonū: q̄ sit illud bonū qd̄ habet melior eo: adeo ex charitate pōt igit optare tantuz bonū: quātū optat meliori se. ¶ Loquendo aūt modo secundo de ordine diligendi: sic dico q̄ remanebit idem ordo diligendi in pr̄ia: q in via p cōparationē hoīs ad deū. In vtroq̄ n. statu ex maiori affectu: vult homo ex charitate deo illud bonū qd̄ habet q̄ sibi ipsi vel cuicunq̄ alij illud bonū: qd̄ habet vel habere pōt: remanebit ēt p cōparationem hoīs ad ꝓximū. In vtroq̄.n. statu debet homo magis diligere deū: ⁊ amore amicitie: ⁊ amore ꝯcupiscentie: extendendo ꝯcupiscentiā nō tm̄ respectu habendi: sed ēt respectu habiti: respectu cuius tm̄ magis ꝓprie diceret cōplacentia q̄ ꝓximum: sed si homo ex maiori affectu vellet deū alicui ꝓximo suo q̄ sibi ipsi magis diligeret ꝓximū amore amicitie q̄ deū amore ꝯcupiscentie q̄ velle deū ꝓximo est ipm ꝓximū amare amore amicitie. Velle deū sibimetipsi est ipm deū amare amore cōcupiscentie: ergo in vtroq̄ statu homo diligens ſm rectuz ordinē charitatis ex maiori affectu vult bonū sibi q̄ cuicunq̄ ꝓximo: siue meliori se: siue minus bono. Per comparationez aūt ꝓximoꝝ iter se nō remanebit ille ordo respectu boni tpalis: qd̄ est bonū ſm qd̄: tunc eniz cessabit ꝓuisio q̄ i p̄senti vita est necessaria qua necesse est: vt homo magis sibi ꝯiuncto puidere teneat: q̄ alieno rōne cuius in hac vita ſm rectum ordinem charitatis: homo ex maiori affectu vult illi tpalem effectum a se exhiberi: cui magis exhibere tenet nō remanebit ēt ille ordo respectu boni spūalis possibilis hri: q̄ in pr̄ia qlibet habebit illud bonū: qd̄ habiturus est: statim post corpoꝝ resumptionē ita q̄ nullus erit possibilis ad amplius bonū: i via autez nō statim habet homo totuz bonū qd̄ habiturus est: vel habere pōt rōne cuius ſm rectum ordinez charitatis magis debemus esse soliciti ꝓcurādo ⁊ optādo augumentū boni spūalis parentum vxoꝝ: q̄ extraneoꝝ melioꝝ: remanebit tm̄ ille ordo respectu boni spūalis iam habiti. In vtroq̄.n. statu homo ſm rectū ordinem charitatis ex maiori affectu vult illud extraneo mai⁹ bonū spūale: qd̄ iam habet q̄ magis ꝯiuncto illud min⁹ bonū spūale: qd̄ habet duobus equalr̄ bonis ex maiori affectu vult magis sibi ꝯiuncto illud bonum quod habet.

Ad primum in oppositum dōm: q̄ illa auctoritas sic intelligenda est: q̄ potius bonū magis est ex charitate diligendū: si diligenti est potius bonū simpliciter. Alr̄ non oportet: vn̄ Hugo.2.li. de sac. parte.13.c.10. q̄ maius bonum mihi est: a me plus diligendū est: q̄ mihi p̄mū est insitū vt diligā bonū meū: illud maxime qd̄ veꝝ est bonum: ⁊ post illud: ⁊ ſm illud diligā bonū ꝓximi mei. Ad p^m ¶ Ad scōm dōm: q̄ ꝓcedit de ordine diligendi p cōparationē ad bonū volituz. Ad 2^m ¶ Ad tertiū cū dr̄: q̄ tota rō diligendi i pr̄ia erit deus ⁊c. Ad 3^m Dico q̄ veꝝ est: iquātum de⁹ est sūmū bonū diligenti: ⁊ q i patria sub hac rōne ꝓpinquior est deo: magis diligit a quolibet bono: sed sub rōne qua de⁹ est sūmū bonuz ipsi Lino: Petrus nō est ita ꝓpinquus deo sicut Lin⁹ q̄uis.n. sit ꝓpinquior deo sub rōne: qua est sūmū bonū absolute: ⁊ ēt sit ꝓpinquior deo: sub rōne qua est sūmū bonū sibi: q̄ Linus deo sit sub rōne qua est sūmū bonū sibi: nō ē tm̄ Petrus ita deo ꝓpinquus sub rōne q̄ est sūmū bonū Lini: sicut Linus. ¶ Auctoritates aūt sacre scripture adductas p alia opinione exponit Hugo li.2. de sac. parte.13.c.10. dicēs, Auctoritates Moyses libro scripto deleri petijt: ⁊ Paulus a xp̄o anathema p fratrib⁹ fieri ꝯcupiuit: nō q̄ deū pp hoīem perdere vellent: sed q̄ deū si fieri posset: sine ꝓximo quē diligebāt possidere nollent. Affectio.n. loquebat: ⁊ quasi de dilectione securus: amato ⁊ amāti in dulcedine dilectionis de separatione cōminabat: nō q̄ illius separationē diligebat: sed q̄ alterius ꝯiunctionē optabat.

Circa litteram | Charitas ē fōs] i. prim⁹: q̄ fides est bonoꝝ fons p̄mus: vel logr̄ de fonte opum formatoꝝ. | ¶ A dilectione mundi fundit⁹ occidit] hoc itelligendum est de charitate pfectoꝝ vel pōt dici q̄ occidit dilectionē mundi. i. qua diligit mūdus supra deū: ⁊ sic qlibet charitas occidit dilectionez mundi. ¶ Ficta charitas est q̄ in aduersitate deserit: hic accipit fictum

fictrāō p falso:sed p fragili a quo dicunṫ vasa fictilia.] q̄
Dubiū simul vita nō amittiṫ.] ℭ Cōtra charitas quātūcūq; pfe
Rñ° cta l via amitti pt. ℭ Rñdeo glosandū ē nō amittiṫ.i.ō
difficili amittiṫ:vel hic nō vocauit charitatē pfectā: nisi
illā quā de° pūidit vsq; i finē duraturā.] Radix oīuz ma
Supbia loꝝ ē cupiditas.] ℭ Cōtra eccl.10. Initiū oīs peti ē sup
ꝛ cupidi bia. ℭ Rñdeo supbia ē radix oīum maloꝝ i auersione a
tas radi creatore cupiditas i ɔuersione ad creaturā. Uel pōt dici:
ces malo q̄ supbia ē q̄dā cupiditas cū sit iordinat° amor excellētie
rum.

ℭ De charitate dei. Distinctio. XXXII.

Disti.32.
Q̄ alia magis a/lia min° diligere ō bemus.

Remissis adijciendum est ō dilectione dei qua ipse diligit nos que non alia est q̄ illa qua diligim° eū. Dilectio aūt dei diuina vsia est:eadēq; dilectione pr̄ ꝛ fili° ꝛ spūssctūs se diligūt ꝛ nos:
Aug.sup ioannem vt supra disseruim°. Cūq; eius dilectio sit imutabilis ꝛ eterna: alium tamen magis: aliuz minus diligit. Unde augu. Incomprehensibilis est dilectio dei atq; immutabilis qua deus in vno quoq; nostrū amat quod fecit:sicut ꝛ odit quod fecim°. Miro ergo ꝛ diuino modo:etiā quando odit diligit nos. Ex hoc q̄dē in omnibus itelligi potest. Quis ergo digne potest elo qui quantum diligat membra vnigeniti sui: ꝛ quanto amplius vnigenitum ipsum. Dei ipso etiam dictum est nihil odisti eorum que fecisti.
Sap.1. Gen.1. Ex his percipitur q̄ deus omnes creaturas suas diligit quia scriptum est:nihil odisti eoruz q̄ fecisti. Et item vidit deus cuncta que fecerat: ꝛ erant valde bona. Si omnia que fecit bona sunt:ꝛ omne bonum diligit:omnia ergo diligit que fecit:ꝛ inter ea magis diligit ratiōales creaturas:ꝛ de illis eas ampli° q̄ sunt mēbra vnigeniti sui. Et multo magis ipsum vnigenituz.

ℭ Ex qua intelligentia dicitur magis vel minus diligere hec vel illa.

Cum autem dilectio dei īmutabilis sit:ꝛ ideo nō intendiṫ vel remittitur . si queritur que sit ratio dicti cum diciṫ magis vel minus diligere hoc q̄ illud:ꝛ cū dicitur deus omnia diligere. Di
Phil.4. cimus dilectionem dei sicut pacem exuperare omnem sensum humanum:vt ad tante altitudinis intelligentiam vix aliquaten° aspiret hu
Ex quo sensu oia q̄ fecit de° diligere dicaṫ. manus sensus. Potest tamen sane intelligi ea rōne dici omnia diligi a deo q̄ fecit:q̄a omnia placent ei:omnia approbat inquantum opera eius sūt:nec tunc vel prius vel amplius placuerunt ei cum facta sunt:scilicet antēq̄ fierēt:immo ab eterno omnia placuerunt ei non minus
Quō alios magis alios mi/n° diligere dicaṫ. q̄ postq̄ esse ceperunt. Q̄ vero rationales creaturas idest homines vel āgelos: alios magis alios min° diligere dicitur: nō mutabilitatem charitatis eius significat:sed q̄ alios ad maiora bona:alios ad minora dilexit : alios ad meliores vsus:alios ad minus bonos. Omnia.n. bona nostra ex eius dilectiōe nobis proueniūt.

Electorum ergo alios magis:alios minus dilexit ab eterno ꝛ diligit etiam nunc quia alijs maiora:alijsq; minora ex dilectione sua preparauit bona. alijsq; maiora ꝛ alijs minora bona confert in tempore. Unde magis vel min° dicitur hos vel alios diligere.

ℭ Q̄ duobus modis inspiciēda est dilectio dei.

Consideratur enim duob° modis dilectio dei: secundum essentiam ꝛ secunduz efficientiā. nō recipit magis vel minus secundum essentiam sed tantum s̄z efficientiam vt magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab eterno maius bonum preparauit ꝛ in tempore tribuit. ꝛ min° dilecti quibus non tantum. Inde etiam est q̄ aliqui quando conuertuntur ꝛ iustificanṫ:dicūtur tunc incipere diligi a deo. Non q̄ deus noua dilectione quenq̄ possit diligere:immo sempiterna dilectione dilexit ante mundi constitutionem quoscunq; diligit. Sed tunc dicuntur incipere diligi ab eoꝛuz eterne dei dilectionis sortiuntur effectum. s. gratiam vel gloriā. Un
Augu.in libro de trinita. de aug. Absit vt de° temporaliter aliquid diligat quasi noua dilectione q̄ in ipso aū nō erat: apud quem nec preterita transierunt:ꝛ futura iam facta sunt. Itaq; omnes sanctos suos aū mundi constitutionem dilexit sicut predestinauit. Sed cum conuertuntur ꝛ inueniunt illuz: tunc incipere ab eo diligi dicuntur vt eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur ꝛ Nota de immutabilitate dei circa bonos et malos placidus bonis:illi mutantur ꝛ non ipse:vt lux infirmis oculis aspera firmis lenis est:ipsorum s. mutatione:non sua. Ita cum aliquis p iustificationē icipit esse amic° dei:ipse mutaṫ nō deus.

ℭ Si quis magis vel minus diligatur a deo vno tempore q̄ alio.

Si vero queritur de aliquo vtruz magis diligatur a deo vno tēpore q̄ alio. Distinguenda est dilectionis intelligentia. Si.n.referatur ad dilectionis effectuz: concessibile est. Si vero ad dilectionis essentiam inficiabile est.

ℭ Si deus ab eterno dilexit reprobos.

De reprobis vero qui preparati non sunt ad vitam sed ad mortem. Si queritur vtrū debeat cōcedi deus ab eterno dilexit eos? Dicim° de electis solis simpliciter hoc esse concedendum q̄ deus ab eterno eos dilexit quos ad iustitiaz ꝛ coronam preparauit. De non electis vero simpliciter est concedendum q̄ odio habuit : idest
Malach. primo reprobauit. Sicut legitur: Iacob dilexi: Esau odio habui. Sed non est simpliciter dicendus q̄ dilexit:ne predestinati intelligantur:sed cuz adiectione dilexit eos inquantuz opus eius sū

turi erāt:idest quos ɀ quales factur⁹ eos erat.

Distinctio. XXXII.

Disti.32. **P**Remissis adiiciendū est ɀc̄. Supius determinauit magister de charitate qua diligim⁹ deuȝ:hic determinat de charitate qua de⁹ diligit nos. Et diuidit i ptes tres. ¶ Primo determinat ð dilectiōe dei : cōmuniter respectu oiuȝ creaturaȝ. ¶ Scḋo spāliue respectu hoium.ibi.[Cōsideranꝰ.n.] ¶ Tertio agit de dilectione dei respectu reprobo ȝ.ibi.[De reprobis vero.] Pria in duas. ¶ Primo diuine dilectōis ad diuersos ostendit inequalitatem. ¶ Scḋo assignat equalitatis rōnem.ibi.[Cū aūt dilectio.] Scḋa ps pncipalis : q̄ ibi icipit.[Cōsideranꝰ] diuidiꝰ i partes duas. ¶ Primo ondit q̄liter ð us icipit aliquē hoiem de nouo diligere. ¶ Scḋo inqrit vtrum eundem hominem diligat magis in vno tempore q̄ȝ in alio.ibi.[Si vero queritur.]

CIrca hanc distin.q̄rendū est pncipalr ð duob⁹. ¶ Primo de dilectiōe dei ad creaturā. ¶ Scḋo de gradib⁹ dilectōis illius. ¶ Circa pmuȝ q̄runꝰ quatuor. ¶ Primo vtrū deus diligat oēm creaturā. ¶ Scḋo vtrum ab eterno dilexerit creaturā. ¶ Tertio vtrum pus fuerit ſm rōnem itelligendi creaturā esse bonā q̄ȝ ipsam a deo diligi. ¶ Quarto vtrū deus eadem dilectione diligat se:ɀ creaturam.

Q̄ō.1. Questio. I.

Argꝰ.p⁹ **P**Rimo ostendo q̄ de⁹ non diligit oēm creaturā:q̄r de⁹ nō diligit illud qḋ odit:sed deus odit reprobos. Dicit.n.Mala.1. Esau odio habui:ergo nō diligit omnem

Secūdo creaturā. ¶ Itē ois dilectio aut est amicitie:aut ɔcupiscentie:sed de⁹ nullā creaturā diligit amore ɔcupiscentie. Nullū.n.bonū creatū optat:nec ēt creaturas inaiatas diligit amore amicitie. Sicut.n.dicit pħs.8.ethi.cap̄.2. In aiatoȝ amatione nō dr amicitia:ergo de⁹ nō diligit oēm

Tertia creaturā. ¶ Item deus nō diligit creaturā affectu:q̄r affectiones nō cadunt i deo:nec i effectu:q̄r dilectio est in diligente. Effect⁹ aūt dei nō est i deo:sed i creatura:ergo nullo modo diligit creaturaȝ.

In op^m. primo **C**Ontra Sap̄.11.dicit sapiens ad deuȝ. Diligis oia que sunt. ¶ Item ois sapiens artifex dili-

Secūdo git suum effectū. Sed deus est artifex sapiens ɀ bon⁹ cuius q̄libet creatura est effect⁹:ergo diligit oēm creaturā.

Ad q̄ōnē ſm mētē propriaȝ. **R**Espondeo ois creatura habet aliquā bonitatem:sed omni creature deus vult illā bonitatem:quā hȝ quādiu eaȝ hȝ:cum ergo diligere rem sit velle illi bonū:sequiꝰ q̄ deus diligat oēm creaturā. Illa tū spāli dilectione quā vult electis vitā eternam nō diligit oēm creaturā:sic itelligendo q̄ pdictuȝ bonū non vult cuilibet creature.

Ad p^m **A**D primum in oppositū dicendū:q̄ eandē rē deus ſm aliqd diligit:ɀ ſȝ aliud

Ad 2^m odit:vnde in reprobis diligit nāꝰ ɀ odit culpaȝ. ¶ Ad scḋm dicunt qdā q̄ large accipiendo amoreȝ ɔcupiscentie:q̄ est nō tm̄ respectu rei quā amans vult sibi:sed ēt respectu rei quā vult amico. Pōt dici q̄ deus diligit talitas creaturas amore ɔcupiscentie nō q̄: velit eas sibi:sed q̄ vult eas hr̄e illā bonitateȝ:quā hn̄t pp electos. ¶ Aliȝ dicunt q̄ p tanto pōt dici q̄ diligit eas amore ɔcupiscētie inquātum vult eas hr̄e bonitatem:quā hn̄t ad sue potentie:ɀ sapientie:ɀ bonitatis manifestationē. Mihi aūt vr̄ dicendum:q̄ pprie loquendo ille amor nō est ɔcupi-

Ad 3^m scentie nec amicitie. ¶ Ad tertiū dicendū:q̄ ſm q̄ affectus nomē ē passionis:de⁹ nihil diligit ex affectu:sed ſm q̄ ē nomē efficacis act⁹ volūtatis:sic de⁹ diligit oēm creaturā ex affectu:q̄r cuilibet creature vult bonū:qḋ illa hȝ. Diligit ēt q̄libet creaturā effectu:q̄r i q̄libet creatura ē aliqs effect⁹ dilectōis diuine:quāuis aūt dilectio pmo dicta sit i diligēte:tū scḋo mō dicta ē i dilecto : nec ita pprie pōt dilectio dici:sicut effect⁹ dilectōis. Questio. II.

Q̄ō.2.

Argꝰ.1. **S**Ecundo querit vtrū ab eterno dilexerit creaturā. Et vr̄ q̄ nō. Dilectio.n.nō ē nisi boni:sed creature non fuerūt ab eterno bone:q̄r ab eterno non fuerunt:ergo eas nō dilexit ab eterno.

Secūdo ¶ Iteȝ ſm sniam Diony.4.c. de diuinis noib⁹. Ois amor ē vis vnitiua amātis ɀ amati:sȝ nō pōt esse vnio cū re q̄ nō est : ergo cuȝ creature ab eterno nō fuerunt:non potuerunt a deo diligi ab eterno.

Tertio ¶ Itē amās vult amatū esse:ergo si deus dilexerit creaturas:ab eterno voluit esse eas ab eterno qḋ falsuȝ est:q̄r sicut dicit ps. Omnia q̄cūq̄ voluit dns fecit.

In op^m. primo. **C**Ontra ad Ephe.1. Elegit nō ante mūdi ɔstitutionem:sed electio icludit dilectionē electi:er-

Secūdo go ab eterno dilexit nos. ¶ Itē Augu.5.li.de tri. versus finē:ɀ recitat magister in lr̄a. Absit vt de⁹ tpaliter aliquē diligat:quasi noua dilectione q̄ in ipso ante nō erat: ergo omne illud qḋ diligit ab eterno dilexit.

Ad q̄ōnē ſm mētē propriaȝ. **R**Espondeo q̄ de⁹ ab eterno dilexit creaturaȝ. Ille.n.rem diligit q̄ vult ei bonū: deus aūt ab eterno voluit creature bonū ſm rōnem ɀ ēt bonū reale:sed voluit q̄ creatura haberet ab eterno bonum ſm rōnē sicut habuit:ab eterno enim habuit esse itellectum qḋ est esse ſm rōnē. Ab eterno.n.quelibet creatura fuit ab itellectu diuino itellecta:eo aūt ɀ bonā: siue in esse itellecto siue in esse reali ɔuertunꝰ:ergo ab eterno bene fuerūt in esse itellecto:qḋ est esse ſm rōnem : nō voluit aūt q̄ hr̄ent bonū reale ab eterno quāuis ab eterno voluerit q̄ hr̄ent bonū in esse reali in tpe.nō tm̄ autē diligit ille rem q̄ statim eā vult adipisci illud bonū quod ei vult:sed ēt qui vult illud bonū qḋ et vult adipisci congruo tempore in futuro. Et sic deus illud bonum reale:quod ab eterno voluit creaturis voluit eas adipisci in tempore.

Ad p^m **A**D primum in oppositum cum dicitur q̄ dilectio non est nisi boni ɀc̄. Dico q̄ verum est extendendo bonum non solum ad bonum in actu:sed ad bonum in potentia ɀ in cognitione diligentis quanuis auteȝ primo modo creature non fuerint bone ab eterno. Fuerunt tamen ab eterno bone:tertio modo ɀ etiam secundo modo:quia ab eterno fuerunt in potentia dei eas diligentis.

Ad 2^m ¶ Ad secundum cum dicitur: q̄ non potest esse vnio cum re que non est ɀc̄. Dico q̄ verum est loquendo de re que non est: nec in esse reali: nec in esse intellecto:cum re aūt que est in esse intellecto potest esse vnio que est per affectum que est vnio quam primo respicit amor: creature autem fuerunt ab eterno in esse intellecto:quia ab eterno fuerunt a diuino intellectu intellecte.

Ad 3^m ¶ Ad tertium cuȝ dicitur:q̄ amans vult amatum esse ɀc̄. Dico q̄ verum est:sed non semper statim:nec quocunq̄ȝ modo. ¶ Argumenta ad partem aliam procedunt de dilectione quantum ad actum volendi bonum:non de illa que est ſm effectum:quia planum est q̄ nullum effectum ab eterno contulit creature.

Q̄ō.3. Questio. III.

Argu.p⁹ **T**Ertio queritur vtrum prius fuerit creatura bona q̄ȝ a deo dilecta. Et videtur q̄ sic. Prius fuit secundum rationem intelligendi creatura cognoscibilis:q̄ȝ a deo cognita ɀ factibilis quaȝ facta:ergo ɀ diligibilis quam dilecta:sed nunquam fuit diligibilis:nisi inquantum bona: ergo prius secundum rationem intelligendi fuit bona:

Secūdo quam a deo dilecta. ¶ Item obiectum prius est secundum rationem intelligendi quam actus:sed bonuȝ creatum est diuine dilectionis obiectum:quanuis non primum:ergo prius secundum rationem intelligendi fuit bonum creatum:q̄ȝ diuina dilectio respectu boni creati.

¶ Item

Tertio ¶ Item irrationabiliter diligit vel imperfecte qui non diligit rem: quia bona est: sed deus non diligit creaturas irrationabiliter nec imperfecte: ergo diligit eas: quia est bona: et si sic prius secundum rationem intelligendi fuit bona quam a deo dilecta.

In oppositum primo **Contra** ut in precedenti questione habitum est. creatura fuit a deo electa ab eterno: sed non fuit bona nisi ex tempore: quia non fuit ens nisi in tempore: ergo

Secundo prius fuit a deo dilecta quam bona. ¶ Item causa prior est effectu. Sed magister in littera loquens de dilectione dei ad nos dicit quod omnia bona nostra ex dilectione eius nobis proveniunt: ergo prius fuimus a deo dilecti quam boni.

Ad questionem secundum mentem propriam. Creaturam esse bonam tripliciter. **Respondeo** quod creatura fuisse bona triplicater potest intelligi: aut in effectu: aut in potentia ordinata ad effectum: aut in esse intellecto. Primo modo planum est: quod prius fuit creatura a deo dilecta quam fuerit bona: ut bene concludunt argumenta ad secundam partem: quia enim deus voluit creaturam fieri bonam: et in sua bonitate conservari: ideo est bona: et in sua bonitate conservatur quamdiu conservatur. ¶ Loquendo etiam secundo modo potest dici quod prius secundum rationem intelligendi fuit bona quam a deo dilecta. non enim quia deus voluit posse fieri creaturam bonam: ideo potuit a deo fieri creatura bona quod est ipsam esse bonam in potentia: sed quia a deo potuit fieri creatura bona: ideo deus voluit ipsam posse fieri bonam. ¶ Loquendo tertio modo fuit secundum rationem intelligendi creatura bona quam a deo dilecta. Prius enim secundum rationem intelligendi intellexit deus bonitatem creature quod fuit ipsam esse bonam in esse intellecto: quod esse secundum rationem quam vellet ei bonum reale vel bonum secundum rationem: quia prius secundum rationem intelligendi bonitatem creature intellexit quam vellet ipsam esse intellectam: quia velle aliquam bonitatem esse intellectam includit cognitionem illius bonitatis. unde et prius et secundum rationem intelligendi deus intellexit bonitatem suam quam vellet intelligere eam. Amor enim intelligendi sua bonitate aliquam cognitionem sue bonitatis includit.

Ad primum **Ad primum** in oppositum dicendum: quod creatura numquam fuit diligibilis nisi inquantum bona: vel in effectu: vel in potentia: vel in esse intellecto: et quamvis non fuerit prius bona in effectu quam a deo dilecta tamen secundum rationem intelligendi prius fuit bona in potentia diligentis et in esse intellecto quam a deo dilecta.

Ad 2m ¶ Ad secundum cum dicitur: quod prius secundum rationem intelligendi est obiectum quam actus etc. Dico quod de obiecto secundario dilectionis divine loquendo: et de esse realiter in effectu non est verum: ut satis patet ex predictis.

Ad 3m. ¶ Ad tertium dicendum: quod maior falsa est nisi esse bonum extendatur ad esse bonum in effectu et in potentia: qui enim rem possibilem fieri bonam diligit ad hoc ut fit bona non irrationabiliter diligit eam quod bene dedit intelligere Augu. octavo de tri. capitulo sexto dicens. Qui amat homines aut quia iusti sunt: aut ut iusti sint amare debet.

Q. 4. Questio. IIII.

Argumentum primo **Quarto** queritur utrum deus eadem dilectione diligat se et creaturam. Et videtur quod non: quia dilectio qua diligit creaturam recipit magis et minus. Dicit enim magister in littera quod electorum alios magis alios minus dilexit ab eterno: sed dilectio qua se diligit non recipit magis et minus: ergo non eadem dilectione diligit se et creaturas.

Secundo ¶ Item actus diversificantur secundum obiecta: sed deus et creature sunt diversa diligendi obiecta: ergo eodem actu non diligit se et creaturam.

Tertio ¶ Item dilectio qua diligit se causa est dilectionis qua diligit creaturas: quia enim se diligit: ideo creaturas diligit inquantum eum imitantur: sed non est idem causa et effectus: ergo non est eadem dilectio qua se diligit et creaturam.

In oppositum primo **Contra** eodem actu cognoscendi deus cognoscit se et creaturas: ergo et simili eodem actu diligendi diligit se et creaturas.

Secundo ¶ Item magister. 17. distin. libro primo vult quod eadem dilectione que est spiritussanctus pater et filius diligunt se invicem et nos.

Ad questionem secundum mentem propriam. **Respondeo** quod de dilectione qua deus diligit nos possumus loqui dupliciter: quia aut de ipsa quantum ad sui essentiam: sic enim de ipsa proprie loquimur. Aut de ipsa ratione boni optari per eam. primo modo dicendum: quod realiter eadem est dilectio qua deus diligit se et creaturam. eodem enim actu volendi quod realiter est idem: quod ipse vult sibi bonum increatum: et creature bonum creatum: differunt tamen secundum relationes rationis: quia in illo actu diligendi inquantum est respectu creature est quedam relatio rationis ad creaturam: et inquantum respectu dei est in eo alia relatio rationis ad deum. ¶ Primo modo dicendum: quod non est eadem: quia deus diligendo se vult sibi bonum increatum per essentiam: et illo eodem actu vult creature aliquam illius boni imitationem.

Ad argumenta. ¶ Argumenta ad partem secundam bene procedunt: concludunt enim de ipsa dilectione ratione sui non ratione boni voliti.

Ad primum **Ad primum** in oppositum dicendum: quod dilectio qua diligit creaturam proprie loquendo non recipit magis et minus: quia ratione sui non recipit magis et minus: sed pro tanto dicitur recipere magis et minus: quia eodem actu volendi vult uni creature maius bonum quam alii: et hoc concordat expositioni magistri in littera.

Ad 2m ¶ Ad secundum cum dicitur quod actus diversificantur secundum obiecta: dico quod verum est dei obiectis primis et formalibus: sic autem non sunt diversa obiecta dilectionis qua deus diligit se et creaturas: quia enim deus diligit se diligit creaturam: et illo eodem actu quo sibi vult bonum increatum per essentiam vult per suam essentiam creature bonum suum.

Ad 3m. ¶ Ad tertium dicendum: quod dilectio qua deus diligit se non est causa dilectionis qua diligit creaturam: quia una dilectio est: et tamen per hoc quod diligit se diligit creaturam: sicut videmus quod deus per hoc quod scit se scit alia a se: nec tamen illud scire quo scit se est causa illius scire quo scit alia a se: quia realiter unum et idem scire est.

Consequenter queritur de secundo principali. Et circa hoc queruntur quatuor. ¶ Primo utrum deus diligat magis angelum quam hominem. ¶ Secundo utrum magis iustum prescitum quam peccatorem predestinatum. ¶ Tertio utrum magis penitentem quam innocentem. ¶ Quarto utrum magis christum quam totum genus humanum. Questio. I.

Q. 1. Argumentum 1. **Primo** ostendo quod non magis diligit angelum quam hominem. Sap. 6. Pusillus et magnum ipse fecit et equaliter est illi cura de omnibus sed equaliter diligit illos de quibus equaliter curat: ergo equaliter diligit omnes.

Secundo ¶ Item quarta propositione de causis: dicitur quod causa prima existit in rebus omnibus secundum dispositionem unam super quam dicitur in commento quod influit super res omnes bonitates equaliter: ergo equaliter diligit omnem creaturam et secundum affectum et secundum effectum.

Tertio ¶ Item Greg. in homelia pente. Probatio dilectionis est exhibitio operis: sed deus plura fecit pro hominibus quam pro angelis. ut enim dicitur ad Heb. secundo. Angelos nusquam apprehendit: sed semen habrae: ergo magis diligit homines quam angelos.

In oppositum primo. **Contra** tanto deus plus diligit creaturam quanto est ei similior: sed angeli similiores sunt deo cum sit spiritus quam homines cum sint corporei.

Secundo ¶ Item angeli sunt medii inter deum et homines in doctrina Diony. quarto capitulo Angelice hierarchie: sed medium magis unitur extremo quam unum extremum alii: ergo cum deus magis diligat magis sibi unitos

magis diligit angelos q̄ȝ homines.

Ad q̄ōnē ſm mētē ꝑpriam. **Respondeo** de dilectione dei poſſumus loqui dupliciter aut ratione actus dili/gendi aut ratione boni voliti dilecto a diligente. ¶ Pri mo modo deus nō magis diligit angelum q̄ȝ hominem nec econuerſo:nec quācūqȝ creaturā:q2 eodē actu diligē di ſimpliciſſimo qui eſt idem:ꝙ ipſe diligit ſe ⁊ oēm crea turā. ¶ Secūdo modo magis diligit quoſdā homines. vt chriſtum ⁊ beatā virginē q̄ȝ quoſcūqȝ angelos : quia maius bonū gratie ⁊ glorie vult eis q̄ȝ quibuſcūqȝ ange/lis:vt in pluribus tamen magis angelos diligit q̄ȝ homi nes:quia angelis vult maius bonum nature:vt enī oſtē/ſum eſt libro ſecundo. Diſt.ꝑma. Nobilior eſt natura an/geli q̄ȝ anime ⁊ plures ſunt angeli ſuperiores hominib⁹ quantum ad bonū gratie ⁊ glorie q̄ȝ erunt illi homines qui erūt angelis pares vel ſuperiores.

Ad ꝑmū **Ad primum** dicendum:ꝙ illa equalitas acci/pitur ex parte prouidentis nō ex parte effectuū prouiſionis. ¶ Vel poteſt dici ꝙ ſicut ſe habet vna creatura ad aliam:ſic bonum volitum vni bo no volito alij. Unde poteſt dici:ꝙ illud verbum ſapien/tie intelligendum eſt de equalitate duarum predictarum

Ad 2ᵐ proportionum. ¶ Ad ſecundū ſimili modo dici poteſt ꝙ patet cū dicit in cōmēto:ꝙ quāuis ꝑma cauſa exiſtat in rebus oībus ſm diſpoſitionē vnam: tamen vnaqueqȝ rerū incipit eam ſm modū potētie ſue:⁊ infra res ſibi ſit

Ad 3ᵐ cauſa diuerſitatis influxionis bonitatis ſuper res. ¶ Ad tertiū dicēdū:ꝙ plura facit pro hominibus q̄ȝ pro ange/lis:non qr magis eos diligeret:ſed q2 magis indigebant ſicut homo plura auxilia exhibet īfirmo filio q̄ȝ ſano:nec tamē propter hoc ſequitur:ꝙ magis diligat filiū infirmū q̄ȝ ſanū. ¶ Ex dictis patet ſm quā viam procedunt ar

Q̄ō.2. gumenta ad aliam partem. Queſtio. II.

Argt̄.1. **Secundo** queritur vtrum deus diligat magis iuſtū preſcitū q̄ȝ pec catorem predeſtinatū. Et videtur ꝙ ſic: quia deus diligit magis illū qui habet ſuā gratiam q̄ȝ illum qui nō habet:ſed iuſtus preſcitus habet gratiā quā non habet peccator predeſtinatus:ergo magis dili/

Secūdo git iuſtum preſcitum q̄ȝ peccatorē predeſtinatū. ¶ Itē 3.topi.c.19. Si ſimpliciter ad ſimpliciter ⁊ magis ad ma gis. Sed deus diligit diligētes ſe:vnde Prouer.octauo. Ego diligētes me diligo:ergo magis diligit magis dili/gētes ſe:ſeu ergo deus magis ſit dilectus a iuſto preſcito q̄ȝ a peccatore predeſtinato:magis ergo diligit iuſtū pre/ſcitum q̄ȝ peccatorē predeſtinatum.

In opᵐ primo. **Contra** ſapiētis eſt conſiderare magis finem rei q̄ȝ principia. Sed deus eſt ſapiētiſſimus:⁊ vi det peccatorem predeſtinatū finaliter futurū amicū ſuū ⁊ in amicitia perſeueraturum:iuſtū aūt preſcitum preui/det a ſua amicitia finaliter receſſurum:ergo ſimpliciter magis diligit peccatorem predeſtinatum q̄ȝ iuſtū ꝑſcitū.

Ad q̄ōnē ſm mētē propriā. **Respondeo** ꝙ quātum ad intētionē actus di/ligēdi nō magis diligit vnum q̄ȝ alium:q2 ille actus nō poteſt recipe magis ⁊ minus. Rō ne tamē boni voliti plus diligit ſimpliciter peccatorem predeſtinatum cui ſimplr̄ optat maius bonū.ſ. vitā eter/nā quā non optat iuſto preſcito:vt nunc tamen ſiue ſm quid magis diligit iuſtum preſcitum:quia vt nunc meli or eſt peccatore predeſtinato.

Ad argᵃ. **Argumenta** ad partē primā nihil plus cōclu dūt niſi ꝙ de⁹ magis diligit : vt nūc iuſtū preſcitū:q2 vult ipſum habere maius bonū q̄ȝ peccatorē predeſtinatū. ¶ Argumenta ad partē aliā con cludūt:ꝙ deus magis diligit ſimpliciter peccatorem ꝑde ſtinatū:q2 ſibi optat maius bonū ſimpliciter. Optat eniȝ ſibi vitam eternam que eſt maximum bonū ad habēdaȝ

Q̄ō.3. eam non ad tempus:ſed in perpetuum. Q̄ō. III.

Tertio queritur vtrum deus diligat ma/gis penitentē q̄ȝ innocentem. Et videtur ꝙ ſic. Luc.xv. Gaudiū erit in celo ſu per vno peccatore penitentiā agēte q̄ȝ ſup.99. Iuſtis qui nō indigēt penitētia:ſed de bono rei magis di lecte habetur maius gaudium:ergo a curia celeſti magis diligitur vnus penitēs q̄ȝ multi innocētes qđ nō eēt ve rū niſi deus magis diligeret penitētem q̄ȝ innocentem. Argu.ꝑᵒ

¶ Itē Luc.7. Cui minus dimittiᷓ minus diligit:ſȝ mi/nus dimittitur inocēti q̄ȝ penitenti:ergo minus diligit deū innocēs q̄ȝ penitēs:ſed qui minus deum diligit mi/nus diligiᷓ ab eo. Secūdo

¶ Itē Ioānes fuit innocens ⁊ petrus penitēs:ſed plus diligit deus petrū q̄ȝ ioannē:q2 plus di ligit illū a quo plus diligitur. Sed ſicut dicit glo. ſuper illud Ioan.vlti. Simon Ioānis diligit me plus his:pe trus ardētius ceteris diligebat:ergo plus diligit de⁹ pe/nitētem q̄ȝ innocentem. Tertio

In opᵐ primo. **Contra** ſm Aug.lib.de vita chriſtiana vltra mediū. Nihil charius eſt deo innocētia. ¶ Itē me lior eſt dilectio cōtinuata q̄ȝ interrupta:ſed dilectio in/nocētis ad deū eſt cōtinuata:dilectio penitentis per pec/catū fuit interrupta:ergo melior ē dilectio inocētis q̄ȝ penitē tis:ſȝ de⁹ magis diligit illū a quo diligiᷓ meliori dilectōe.

Respondeo ꝙ quantū ad bonū volitum quod premiū eſſentiale deus equaliter di ligit penitētem ⁊ innocētē:ſi habēt equale meritū: ⁊ illū magis qui habet maius meritum:ſed quātū ad ꝑmiū ac/cidentale plus diligit innocētem q̄ȝ penitētē. Aliqđ eniȝ gaudiū accidētale habebunt innocentes in vita eterna. De hoc ꝙ nunq̄ȝ ſedus vnitū cū deo violauerit qđ non habēbūt pctōres:q2 aliqñ violauerūt ſedus per peccatum. Ad q̄ōnē ſm men/tē ꝑpriā

Ad primum in oppoſitum dicendum: ꝙ non ſemper eſt maius gaudium de bo no rei magis dilecte niſi hoc intelligatur ceteris parib⁹ quia aliquādo de re minus dilecta maius ſit gaudiū quā do.ſ. euaſit magnum periculū ⁊ aliquod magnū malum quod nunq̄ȝ incurrit magis dilectus:quod ſatis datur in/telligi Luc.15. Ubi dicit pater maiori filio. Fili tu ſem/per mecū es:⁊ omnia mea tua ſunt:epulari autē ⁊ gau dere oportebat:quia frater tuus hic mortuus fuerat ⁊ re uixit perierat ⁊ inuentus eſt. Ad ꝑmū

¶ Ad ſecūdum cum dicit ꝙ cui minus dimittitur minus diligit ⁊c. dico ꝙ verū eſt ceteris paribus:ſi tamē illi cui minus dimittitur mul to plus datur q̄ȝ alij cui magis dimittiᷓ ille cui minus dimittitur habet rationem plus diligendi. Innocēti au/tem habenti equalem charitatem cum penitente plus boni datum eſt q̄ȝ penitenti:quia a deo accepit continui tatem bonitatis ſue quā penitens habuit interruptam. Unde cum per illam parabolā dominus declarare volu it Magdalenā plus diligere:quia plus erat ſibi dimiſſū non intēdebat eam compare ad ſeipſam vel ad aliā equa les bonitates ſemper ſeruare ſine interruptione : ſed ad aliam penitentem cui non eſſet facta ita perfecta remiſ/ſio ſicut facta erat magdalene. Ad 2ᵐ

¶ Ad tertium dicendū: ꝙ vtrū chriſtus plus dilexerit petrū q̄ȝ ioānem vel econ uerſo.nō credo ꝙ certum ſit alicui niſi cui deus reuela/uit. Scio tamē ꝙ illū plus dilexit qui melior fuit ⁊ ad/huc eſt. Ioanni tamen maiorem oſtendebat familiarita/tem:tum quia iunior ⁊ magis conſolatione indigens:et q2 virgo ⁊ pp ſignū:q2 gerebat typū cōtēplatiue vite ⁊ pe trus actiue:cōceſſum aūt eſt ꝙ penitētē deus plus diligit ꝙ innocentē ſi hȝ maius meritū. Q̄ō. IIII. Ad 3ᵐ

Quarto queritur vtrū deus magis diligat chriſtū q̄ȝ totū gen⁹ humanū. Et videtur ꝙ nō. Quilibet homo magis de/bet diligere totū genus humanū q̄ȝ ſeipſum: quia magis diligēdum eſt totū q̄ȝ pars. Quilibet aūt hō pars eſt humani generis. Nullus aūt homo magis d̄bet diligere Q̄ō.4. Argt ꝑᵒ

diligere christum inquantum est homo q̄ seipsum cum inquantum homo sit proximus noster: ergo magis est diligendū genus humanū q̄ christus inquantum homo. Deus autem magis diligit quod magis est diligedum.

Secūdo T.c.6. ¶ Itē ſm philosophum primo poste. Propter vnum qd̄qz tale ⁊ illud magis: ſʒ vt ſupius dictū eſt: deus aſſūpſit naturā humanā pro ſalute humani generis: ergo magis diligit genus humanū q̄ illā naturā quā aſſumpſit: magis ergo diligit genus humanū q̄ chriſtum inquantū eſt homo.

Tertio ¶ Itē nullus ſapiens dat rem magis dilectam pro re minus dilecta Sed deus dedit chriſtum inquātū hō eſt pro ſalute humani generis ſm illud Joannis tertio. Sic deus dilexit mūdum: vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat: ergo magis diligit genus humanum q̄ chriſtum inquātum homo eſt.

In oppoſitū p̄mo **Contra** Augu. primo de tri. c. 7. Homo chriſtus ieſus in forma ſerui fuit mediator dei ⁊ hominum. Sed mediator propinquior eſt vtriqz extremorum q̄ extrema inter ſe: ergo chriſtus inquantū homo propinquior eſt deo q̄ totuʒ genus humanū: ⁊ ex conſequēti magis eſt a deo dilectus.

Secūdo ¶ Itē magiſter in littera dicit q̄ īter omnia que fecit deus multo magis diligit vnigenitum ſuū: ſed nō fecit vnigenitum ſuū niſi inquātum eſt homo: ergo deus magis diligit chriſtū inquantum eſt homo q̄ omnes alias creaturas.

Ad q̄ōnē ſm mētē proprіaʒ. **Respondeo** q̄ deus magis diligit chriſtum inquātū homo q̄ totum genus humanū ſic intelligēdo q̄ magis bonum vult humane nature chriſti q̄ toti mūdo. eſſe enim perfecte vnitam deo in ratione obiecti ⁊ in ratione ſuppoſiti que bona habet humana natura chriſti per volūtatē dei maius eſt q̄ omnia alia totius mundi: ⁊ hoc colligi poteſt ex verbis Anſelmi ſeptimo libro. Cur deus homo capitulo. 14. Ubi oſtendit q̄ vita illius hominis p̄pōderabat toti mūdo.

Ad p̄m **Ad primum** in oppoſitū cum dicitur: q̄ quilibet homo magis debet diligere totum genus humanū q̄ ſeipſum ⁊c. Dico q̄ veruʒ eſt inquātū includitur in toto genere humano: ſed plus debet ſe diligere q̄ totum reſiduū generis humani. Unde Hugo ſecundo libro de ſacra. parte. 13. c. x. Non dico duos aut tres aut quatuor homines: ſed nec totum mundum contra animā tuam diligere debes. Si enim aliqd plus q̄ animam tuam diligis idem ipſum profecto plus q̄ deū diligere probaris: quia animam tuam non diligis niſi in eo ſolo quo bonū illius qd̄ deus eſt diligis.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad ſecundū dōm: q̄ illa propoſitio philoſophi intelligenda eſt ſm q̄ illa p̄poſitio propter dicit habitudinem cauſe finalis principalis non prout dicit habitudinem rationis inducētis vel cōgruitatis. Minus enim bonum poteſt inducere ad faciēdum maius bonum. Humanuʒ vero genus non fuit principalis finis incarnationis filii dei q̄ cū ſit caput noſtrū nosqz membra nō ordinatur finaliter ad nos: ſed nos finaliter ad ipſum.

Ad 3ᵐ. ¶ Ad tertium dicēdum: q̄ ſic deus dedit vitam chriſti pro humano genere vt per hoc ei ſubderet genus humanum ⁊ nomen qd̄ eſt ſuper omne nomē quod habebat in re haberet in hominum manifeſtatione ⁊ fide. Ex quo patet q̄ magis dilexit ⁊ diligit chriſtū q̄ totū genus humanum.

Circa litteram ⌊Que non eſt alia q̄ illa qua diligimus eum. Hoc dicit magiſter ſm ſuam opinionem que eſt q̄ ſpiritus ſanctus eſt charitas qua diligimus deum: de qua opinione habitum eſt libro primo. Diſtin. 17.⌋ Apud quem nec preterita tranſierunt ⁊ futura iam facta ſunt. Huius verbi require expoſitionem primo libro Diſtin. 39. in illa queſtione vtrū futura ſint realiter preſentia eternitati.

¶ De quatuor v̄tutib' p̄ncipalib' Di. XXXIII Diſt. 33.

Post predicta de quatuor virtutib' que p̄ncipales vel cardinales vocāt: diſſerēdū ē: que ſūt iuſticia: fortitudo: prudētia: tēperātia. De q̄b' Augu. ait. Juſticia ē ī ſubueniēdo miſeris: prudētia ī p̄cauēdis inſidijs: fortitudo in p̄ferēdis moleſtijs: tēperātia in coercēdis delectatiōib' p̄uis. De his dicit in li. Sapiētie. Sobrietateʒ ⁊ prudētiā docet iuſticiā ⁊ veritatē Sobrietatē vocat tēperātiā: ⁊ v̄itatē vocat fortitudinē. He virtutes cardinales dicunt vt ait Hiero. q̄b' in hac mortalitate bñ viuit: ⁊ poſt ad eternā vitaʒ p̄uenit Que ī x̄p̄o pleniſſime fuerūt ⁊ ſūt: de cuius plenitudine nos accepim'. In quo habuerūt vſus eoſdē quos ī patria habēt ⁊ quoſdā etiaʒ vie. Uerūtamē an he v̄tutes cū ⁊ ipē ī aīo' eē īcipiāt: q̄ cū ſine illis p̄i' eēt: tū animi' erat: deſināt eē cū ad eterna p̄duxerit: nōnulla queſtio ē Quibuſdā viſū ē eas eē deſituras: ⁊ d̄ trib' q̄dē prudētia. ſ. fortitudine: ⁊ tēperātia cū hoc d̄r nō nihil dici videt. Juſticia. n. īmortalis ē: ⁊ magis tūc p̄ficiet in nobis q̄ eē ceſſabit. Cū beate viuem' cōtemplatiōe nature diuine que creauit oēs ceteraſqz inſtituit naturas: qua nihil melius ⁊ amabilius eſt. Cui regenti ſubditum eſſe iuſticie eſt. Et iō immortalis ē omnino iuſticia: nec in illa beatitudine eſſe deſinet: ſed talis ac tanta erit: vt perfectior ⁊ maior eſſe non poſſit. Fortaſſis ⁊ alie tres virtutes prudētia ſine vllo periculo erroris: fortitudo ſine moleſtia tolerādorum maloruʒ: temperantia ſine repugnatione libidinum erunt in illa felicitate: vt prudentie ibi ſit nullum bonum deo p̄ponere vel equare: fortitudinis ei firmiſſime coherere: temperātie nullo defectu noxio delectari. Quod vero nūc agit iuſticia in ſubueniendo miſeris: quod prudentia in precauendis inſidijs: quod fortitudo in perferendis moleſtijs: quod temperantia in coercendis delectationibus prauis: non erit ibi omnino vbi nihil mali erit. Iſta ergo virtutum opera huic mortali vite neceſſaria ſicut fides ad quam referenda ſunt ī preteritis habebuntur. Ecce aperte hic dicit augu. q̄ predicte virtutes in futuro erunt: ſed alios vſus tunc habebunt q̄ modo. Cui Beda aſſentit ſuper exodum ita dicens. Columne añ quas expanſum eſt velum: poteſtates celi ſunt: quatuor eximijs virtutibus preclare: ideſt fortitudine: prudētia: temperantia: iuſticia: que aliter in celis ſeruātur ab angelis ⁊ animabus ſanctis q̄ hic a fidelibus. Et conſequēter aſſignat Beda vſus illarum virtutum ſecundum preſentem ſtatutum ⁊ futurum imitans Auguſtinus ī premiſſis aſſignationibus. Diſt. XXXIII. Diſt. 33.

Aug. ī li. 18. d̄ tri.

Sap. 8.

Q̄ he virtutes ī x̄p̄o fuerunt.

De vſib' earuʒ in futuro.

Aug. 14. d̄ tri. c. 9.

Sap. 1.

Beda. Exo. 26.

Post predicta de q̄tuor virtutib⁹ ⁊c. Superius determinauit magi de virtutibus theologicis. Hic determinat de virtutibus cardinalibus. Et diuiditur in ptes duas. ¶ Primo determiat de illis quātum ad statū vie. ¶ Scdo q̄ztū ad statū p̄rie. ibi. [Uerū tñ an, he virtutes.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo determinat de eis q̄ztū ad actus. ¶ Scdo q̄ztū ad noiationē. ibi. [He virtutes] illa pars in qua determinat de eis quātū ad statū p̄rie diuidit i ptes duas. ¶ Primo de ipsaꝝ euacuatione mouet q̄ōnem. ¶ Scdo 'ponit q̄ōnis solutionez. ibi. [Quibusdā visum est.] ¶ Et ista scda in quatuor. ¶ Primo rñdet ad ꝓpositam q̄ōnem q̄ztū ad iustitie habitū. ¶ Scdm q̄ztū ad habitus aliarū triuz ōndēs ſm quos actus in patria remanebūt. ibi. [Fortassis ⁊ alie tres.] ¶ Tertio p̄dcā epilogat. ibi.' Ecce apte.] ¶ Quarto auctoritate confirmat. ibi. [Cui Beda.]

Circa hāc distinctionē querenduz 'est p̄ncipalr de q̄nq;. ¶ Primo de virtutibus cardinalibus in generali. ¶ Scdo de prudentia in spēali. ¶ Tertio de iustitia. ¶ Quarto de fortitudie. ¶ Quito de tēpantia. ¶ Circa primū querunt .8. ¶ Primo vtruz oēs virtutes cardinales sint in rōnali pte aie: sicut in subiecto: sub rationali cōprehendendo intellectū ⁊ voluntatē. ¶ Secundo: vtrū virtutes cardinales in nobis acqrant p act⁹ ¶ Tertio vtrū oēs virtutes morales ꝯsistant in medio. ¶ Quarto vtrū possint corrūpi per cessationez ab actibus suis. ¶ Quinto vtrū actus elicitus a virtute nō ꝓportionatus ei ſm intensionē minuat eā. ¶ Sexto vtrū virtutes cardinales remanebunt in patria. ¶ Septimo vtrū sole virtutes morales que sunt prudentia iustitia fortitudo: tēpantia dici debeāt cardinales. ¶ Octauo vtrū
Qō. 1. Prudentia sit alijs dignior. Questio. I.

Primo ōndo q̄ non oēs virtutes cardinales: sint in rōnali pte aie sicut in subiecto: q: ſm p̄hm. 2. Topi. ꝯtra nata sunt
capl̄o. 21. Argu. 1. fieri circa idem: sed vitiū q̄d virtuti est ꝯtrium aliquādo est in sensualitate: sicut i subiecto i vt habitū est li. 2. Di. 24. 1. q. articuli. 4. Ergo alique virtutes cardina
Secūdo les sunt in sensualitate sicut in subiecto. ¶ Itē ille hītus qui nō est in sensualitate sicut in subiecto: non modificat passiones eius. Uñ q: ꝯtinentia est in voluntate: ⁊ nō in ꝯcupiscibili ꝯtinens hz ꝯcupiscētias prauas ſm p̄hm. 7. Ethi. c. 14. Sed tēpantia modificat passiones ꝯcupiscibilis. Uñ ſm p̄hm vbi prius. Tēpatus nō hz ꝯcupiscentias prauas: ergo tēpantia est in ꝯcupiscibili: sicut in sub
Tertio iecto. ¶ Itē ſm sniam p̄hi. 3. Ethi. c. 9. Moderate timere in piculis mortis que repente eueniunt actus est fortitudis: sed actus p̄dictus est in irascibili: sicut in subiectos cū ergo in eodē subiecto sit virtus: ⁊ actus ab eo elicitus.
Quarto Fortitudo est in irascibili: sicut in subiecto. ¶ Item ſm p̄hm. 3. Ethi. c. 5. Uirtus est habitus bonus qui hñtē p̄ficit ⁊ opus eius bonū reddit. Sed expientia docet in sensualitate esse quosdaz habitus per quos faciliter obtēpat rōni circa terribilia ⁊ ꝯcupiscibilia que obtēpatio bonus actus est: ergo illi habitus sunt virtutes ille que sunt respectu predictoꝝ obiectoꝝ. s. fortitudo ⁊ temperantia.

In op᷑ primo. **Contra** p̄hs. 2. Ethi. c. 6. Uirtus est habitus electiuus: sed nulla pars aie est electiua: nisi rōnalis que cōprehendit intellectū ⁊ volūtatē: ergo nulla vir
Secūdo tus est nisi in rōnali pte aie. ¶ Itē sensualitas cōis est nobis ⁊ brutis: ⁊ sicut i nobis sensualitas obtēpat rōni per assuefactionē sic quedā bruta p assuefactionē fiūt obtēpe rātia rōnali p̄cepto hois: si ergo alique virtutes cardinales possent esse in sensualitate: sicut in sbo inquātum est suasibilis a rōne in brutis possent esse alique virtutes car
Tertio dinales: q̄d falsum est. ¶ Itē Aug. 9. de ci. c. 6. loquēs de demonibus dicit q̄ ipsa mens eoꝝ idest pars animi superior: qua rōnales sunt in qua est virtus ⁊ sapientia si villa res eēt passionibus turbulētis inferioꝝ aie partiū regendis: moderādisq; dñaretur. Si ergo virtutes cardinales moderatiue passionū: de q̄bus minus videt sunt in rōnali pte aie multo fortius ⁊ alie.

Respondeo q̄ negare oēs virtutes esse in rōnali pte aie cōprehēdēte intellectum ⁊ volūtatē cōtra rōnē est: ⁊ cōtra auctoritatē Aug. p̄allegatā: ⁊ etiā cōtra illud q̄d dicit. 12. de tri. c. 14. q̄ q̄cquid prudēter fortiter ⁊ tēperate ⁊ iuste agimus ad eā ptinet sciam siue disciplinā qua in custōdis malis bonisq; appētēdis actio nostra versat: sed sicut patet p ea que ante dixit eodē. c. illa scia de qua ibi loquit est in inferiori portione rōnis: ergo ⁊ ipse cardinales virtutes. ¶ Negare etiā esse aliquos habitus i irascibili ⁊ cōcupiscibili: per quos faciliter obtēperant rōni est cōtra experiētiam. ¶ Negare etiā illos nullo modo habere qualēcūq; rationē virtutis est contra philosophum dicentē. 3. ethi. c. 13. De fortitudine ⁊ temperātia q̄ vidētur irrationabiliū partium hee esse virtutes. ¶ Uidetur ergo mihi dicendū: q̄ virtus tripliciter potest accipi. vno modo pro quolibet habitu cōuenietī nature rei: ⁊ sic virtus accipitur cōmunissime ⁊ impropriissime. Sic enim ſm philosophum. vij. phy. Est etiam virtus in corpore vt sanitas habituata. Alio modo pro quolibet habitu determinante potētiam ad bonū actum ad quē nō est determinata per se: ⁊ sic accipitur cōmuniter nec plene proprie. Et hoc modo illi habitus per quos irascibilis ⁊ cōcupiscibilis obtēperant rationi virtutes possunt dici. Tertio modo pro habitu cōuenienti nature rei ⁊ determināte potētiam ad actum laude dignum: ⁊ ad illius laudabilē vsum: ⁊ sic nulla virtus: siue cardinalis: siue alia est alibi sicut in subiecto q̄z in volūtate: q: sola volūtas libere intendit applicationē sui actus ad finem debitum ratione cuius applicationis est laude dignus: quia tamen intellectus est propinquior volūtati q̄z sensualitas: ideo habitus intellectuales qui sunt in eo maxime inquātū est mobilis a voluntate plus habent de rōne virtutis q̄z illi habitus boni qui sunt in sensualitate. Potest ergo dici q̄ fortitudo ⁊ tēperantia que sunt in volūtate proprie sunt cardinales virtutes: habitus aūt eis correspōdētes in sensualitate magis possūt dici impressiones virtutum seu materie q̄z virtutes cum actus eorum nō sint laude digni nisi inquantum aliquo modo sunt a voluntate.

Ad q̄ōnē ſm mentē ꝓprium

Uirt⁹ tripl̄r pōt summi. T. c. 17. ⁊ infra.

Ad primum in oppositum dōm i q̄ vitiū habens rationem culpe nunq̄z est in sensualitate nisi inquantum voluntas illius aliquo modo est causa cōmittēdo vel omittēdo: inquātū tñ vicium est quelibet carētia habitualis dispositionis cōuenietis nature rei: sic bene est in sensualitate: ⁊ sic directe contrariatur vicio virtus primo modo accepta. ¶ Ad secūdum dicendū: q̄ virtus quando est perfecta in voluntate causat in sensualitate habitualē impressionē per quam facilius obtēperat imperio rōnis recte: ⁊ ideo q: tēperātia est virtus perfecta causat in cōcupiscibili habitualem impressionem: per quā passiones sunt domite: ⁊ q: sunt domite: ⁊ quia continentia nō est virtus perfecta in cōparatione temperantie non causat predictam impressionem: ⁊ ideo continens habet passiones indomitas: quare dicit p̄hs. 7. ethi. c. 1. q̄ cōtinētia nō est eadez virtuti: nec vt alterum genus in hoc dans intelligere q̄ non attingit ita ad plenam rationem moralis virtutis: sicut temperantia. Concedendum tñ est continentiaz esse virtutem. Dogmatizantes etiam q̄ continentia non est virtus excōicati sunt a dño Stephano parisiensi epo ⁊ sacre theologie doctore. ¶ Ad tertium dōm q̄ moderate timere ꝓprie loquendo non est actus fortitudinis: sed modificatio

Ad p̄mū

Ad 2ᵐ

Negātes ꝯtinētiaz nō eē virtutē excō municati sunt.

Ad 3ᵐ

modificatio timoris: cum.n. passio timoris primum sit obiectum fortitudinis materiale: nõ põt esse de essentia actus eliciti ab illa virtute: quãuis moderatus timor imperetur a fortitudine. Idem.n.põt esse obiectum actus eliciti a virtute: et actus ab illa virtute imperatus. Modificare aũt timorez principaliter est per fortitudinẽ: que est in voluntate: q̃z per impressionem in irascibili ab ea causatam.

Ad 4m ℂ Ad quartum dõm q illa diffinitio: non est propria virtuti ꝓprie dicte: sed assignata est de virtute in cõi que se etiã extendit ad habitualẽ imp̃ssionẽ virtutis.

Ad pmũ In oppm **Ad primum** ad partem aliam põt dici q illud verbuz phi extenditur ad electionem non tñ proprie dictam: sed etiam ad aliquã participationẽ electionis que est in habitibus qui recte electioni obtemperant.

Ad 2m ℂ Ad scdm dõm q bruta quicq̃ obtemperant rõnali imperio hois non tñ nisi inquantum est per signa sensibilia manifestum: nec ẽt illi obtẽpant inquantum est sm rectum iudicium rõnis: sed inquantum per assuetudinem didicerunt per executionem talium signorum consequi delectationem vel euitare dolorem. Sensualitas aũt nostra per impressionem fortitudinis et temperantie obtemperant imediate interiori precepto rõnis inquantum est rectum. vnde cum pars rationalis aie imperat aliqd non rectum: ille impressiones non inclinant ad illam partem: sed quantum in eis est inclinant sensualitatem ad illud qđ rectum est: q2 acqsite sunt per electionem rectam.

Ad 3m ℂ Ad tertium dõm q ibi Augu. loquitur de virtute proprie dicta. Qõ. II.

Qõ.2. Argũ. pº **Secundo** queritur: vtrum virtutes cardinales in nobis acquirantur per actus: et vĩ q non. Damas.li.3.c.14. Naturales sunt virtutes: sed qđ est nobis naturale: non habemus per acquisitionem.

Secũdo. ℂ Item sapientie.8. Sciui qm aliter non possuz esse cõtinens: nisi deus det. Sed que a deo nobis data sunt habemus per infusionez. sed qua ratione continentia nobis infusa est pari ratione cardinales virtutes.

Tertio ℂ Item si virtutes cardinales possent acquiri per actus: vna virtus cardinalis posset acqri per actum vnum: q2 posset esse vnus actus ita fortis et intensus: qđ equaleret multis actibus per quos posset virtus acquiri: sed sm phm.2.Ethi.c.1. Moralis virtus non acquiritur per actum: ergo nulla virtus moralis acquiritur per actus.

Quarto ℂ Item effectus non põt esse nobilior causa efficiente: nec par ei. Dicit Augu.li.83. qõnuz. q.2. Q2 omne qđ fit ei a quo fit par esse non põt: sed virtus nobilior est: cum sit res perfecta q̃z actus precedẽtes virtutẽ: cũ sint ipfecti: ergo nulla v̄tus põt acqri p act9.

In oppositũ pmo **Contra** phs.2.Ethi.c.1. Probat virtutes morales in nobis acquiri per actus.

Secũdo ℂ Itẽ.7.Eth. c.8. Q2 nãtis qđẽ igit nã cũ: hoc nullus dicet icõtinetes: sz q̃ rõne vitiũ nõ ẽ ex nã pari rõe nec virtus: sz cardinales virtutes cum non transcendant nostram naturalem facultatem: cum habuerint eas multi infideles: nõ sunt in nobis p infusionẽ: restat ergo q i nobis acqrãt p act9.

Ad qõnẽ sm mẽtẽ ppriaz. **Respondeo** q virtutum cardinalium quedaz sunt que nos ordinant: sicut ad finem ad ciuilitatem ciuium supernorum que est super facultatem naturalem nr̃am: quarum principia sunt theologice virtutes: et q2 virtutes proportionari debent suo principio et fini: et virtutes theologice sunt sup nostram naturalem: nec a nobis hñt nisi per infusionẽ: sic dico q ꝑdicte cardinales virtutes non sunt in nobis: nisi per infusionem. ℂ Alie aũt sunt que nos ordinant ad ciuilitatem: que non est sup nr̃am naturalẽ facultatẽ: quarũ principia nobis innata sunt: et tales cardinales virtutes per actus acqrunt in nobis: et taz ille q̃z predicte q̃tuor sunt. et eisdez noibus noiatur: q̃uis sint spẽ differentes: q2 formale obiectũ cuiuslibet cardinalis virtutis est medium circa passiões vel opõnes: qđ instituit rõ recta vel lex diuina. Aliud aũt est mediũ sm iudiciũ rõnis recte per cõparationẽ ad ciuilitatẽ: que est infra nr̃az facultatẽ: qđ scz instituit ratio per naturalia sua. Aliud per cõparationem ad ciuilitatẽ supnã de q̃ dr̃.Ephe.2. Estis ciues scõz: qđ non põt instituere rõ nisi supnaturalr̃ illustrata per legẽ eternã: virtutes aũt ille spẽ distinguunt: sm distinctionẽ suoz formaliũ obiectoz. Et ideo sicut sm phm in politicis.li.3. Alia est virtus ciuis per cõparationẽ ad aliam: et aliaz politiã: vt alia est per quã bene disponit ad regimẽ. Alia per quã ad aristocrachiaz: alia per quã ad timocrachiam: ita aliqualr̃ alterius spẽi sunt cardinales virtutes per quas ordinamur ad ciuilitatẽ supnã ab illis per quas ordinamur ad ciuilitatẽ que est infra nr̃az nalẽ facultatẽ.

Ad pm **Ad primum** in oppositũ dõm q Damas. ibi loquit de virtutibus nos ordinantibus ad ciuilitatẽ: que est infra nr̃am naturalẽ facultatez: que naturales dicunt: non q2 sm essentias suas insint nobis a natura: sed q2 earũ principia: per que eas possumus acqrere nr̃e nãe sunt indita. Et ẽt q sunt sm nãle iudicium rõnis. Qui aũt eas posuerũt nãles: ita q nobis sm essentias suas nãlr̃ sunt indite: ita q per actus nõ acquirant: sed malitie supinducte expellant: et virtutes manifestent: sicut per laborẽ erugo ferri expellit: et eius claritas manifestat: quã opinionẽ Damas. tangit li.3.c.14. Errauerunt.

Ad 2m ℂ Ad scdm dõm q illa auctas intelligenda est: vel de ꝯtinentia ordinante nos ad ciuilitatẽ supnã: vel si de alia ꝯtinentia intelligit tunc per illud dare dz intelligi influentia dei generalis: p quã pncipalr̃ opat in oibus bonis opibus nr̃is: ita q sine ea nullũ penitus bonũ operari possemus.

Ad 3m. ℂ Ad tertiũ dõm q maior falsa est. Virtus.n. acqrit inquãtũ potentia sub rõne qua passiua: mouetur ab aliquo actiuo principio: ita q illud actiuũ sufficiẽter habituet illud passiuũ. Unus aũt actus quãtũcũq intensus et moderatus: per nãlez rõnez: non põt sufficienter habituare voluntatẽ: eo q diuersimode: et sm multitudinẽ diuersaz circũstantiarũ: et ꝯditionũ: que sub vno actu sufficienter cõprehendi nõ pñt respicit obiectũ cardinalis virtutis.

Ad 4m ℂ Ad quartũ dõz q q̃uis effectus nõ possit esse nobilior sua cã pncipalr̃ efficiente: põt tñ esse nobilior sua cã efficiente: non pncipalr̃: actus aũt nõ sũt pncipalis cã acqsitionis cardinalis virtutis: earũ tñ principia nobis nãlr̃ indita: que sunt nãlis cognitio: et amor boni in quoz virtute per actus acqrunt virtutes nobiliora sunt q̃z ipse cardinales virtutes rõne huius q suis principijs supaddunt: sicut nobilior est intellectus qui est respectu pncipioz q̃z s. ia ꝯclusionũ. ℂ Argumẽta ad ptez aliaz gra ꝯclusiõis pñt ꝯcedi q̃uis auctas phi in.2. argu. preallegata intelligat de nã corrupta: per quaz hõ in malitia excedit terminos cõmunis malitie degenerando in bestialitatem. Questio. III.

Qõ.3. Argu. pº **Tertio** querit: vtruz ois virtus moralis ꝯsistat in medio: et vĩ q nõ: q2 magnanimitas est virtus moralis: et tñ non ꝯsistit in medio: sz in extremo. Dicit.n.phs.4.Ethi.c.8. Q2 magnanimus magnitudine extremus est.

Secũdo ℂ Itẽ virginitas est virtus moralis multũ ꝓciosa: et tñ non consistit in medio: sed in extremo.

Tertio ℂ Itez si ꝯsistere i medio ptineret ad pfectionẽ: magis ꝯueniret virtutibus intellectualibus q̃z moralibus: cũ intellectuales sint regule moraliũ: sed virtus intellectualis non ꝯsistit in medio: q2 est veritas quedã. Ueritas aũt oẽz excludit falsitatẽ: ergo cõsistere in medio non ptinet ad pfectionẽ. Et si sic non cõuenit moralibus virtutibus.

In oppm Primo **Contra** dicit phs.2.Ethi.c.5. ℂ Rñdeo q ois res recta vel est mensura recta vel ꝯformis mensure recte.

Ad qõnẽ sm mẽtẽ ppriam. Mẽsura aũt recta duplex ẽ vna simplr̃ pima: q̃ rectitudo est: q̃ deus est. Alia pima nõ simplr̃: sed in gñe:

⁊ hoc est rectitudo rationis create. Omnis ergo virtus vel est rectitudo que deus est: vel rectitudo rationis: vel ſm aliquam istarum rectitudinuȝ imediate mensurata: ille que imediate tm̄ regulant ſm primam rectitudinem que deus est sūt virtutes theologice: quarū deus obiectū est: quāuis sub diuersis rationibus. Fides.n. mensuratur seu regulatur ſm veritateȝ que deus est: ⁊ spes ſm arduitatē que deus est: charitas aūt ſm bonitatē que deus est. Ille que regulātur ſm mēsurā rōnis sunt virtutes morales quāuis etiā iste mēsurent ſm mensurā primā: qꝛ rectitudo rōnis est exēplata a mensura pma. ¶ Ille virtutes quarū quelibet est quedaȝ rectitudo rōnis sunt virtutes intellectuales. Cū ergo nihil possit extēdere mensuram pmā cū sit infinita: īpossibile est ꝙ virtus aliqua theologica per cōparationē ad eā sit media inter superabundātiā ⁊ defectū: quāuis hoc sit aliquo modo possibile p cōparationē ad nos. Sic enim spes est media inter psumptionē ⁊ desperationē: sȝ qꝛ mēsura rōnis est finita: ideo per cōparationē ad eā pōt esse superabūdātia ⁊ defectus quoꝝ vtrūqȝ viciū est inter que mediū est illud quod ita pformatur recte rōni qȝ nec eā excedit: nec ab ea deficit: cū ergo vt iā dictū est: ois virtus moralis sit cōformis rationi recte qȝ nō esset verū si eā excederet vel ab ea deficeret. Omnis virtus moralis in medio cōsistit per cōparationē ad rōnē rectā. Sed hoc mediū qñqȝ est medium rei: qȝ eque distās ab vtroqȝ extremo in quo medio cōsistit virtus iustitie: vt inferius ostēdet. Quādoqȝ aūt non est mediū rei: vt pȝ in medio in quo cōsistit tēperantia ⁊ in medio in quo cōsistit fortitudo: ppter hoc enim ꝙ proni sumus ad psequēdū supabundātiā delectationum ſm tactū ⁊ gustū: ideo ratio recta iudicat: ꝙ virtus obseruans mediū circa delectationes pdictas: magis debet elōgari a superabundātia psecutionis dictaꝝ delectationū qȝ a defectu q vocari pōt insensibilitas. Quia etiā difficile est aggredi terribile: ⁊ proni sumus ad resiliendū: nō recta rō iudicat qȝ est mediū: qȝ obseruat fortitudo circa terribilia debet magis elōgari a timore qȝ ab audacia.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppositū dōm: ꝙ magnanim⁹ nō dī magnitudine extremus: qꝛ dignificet se maximis absolute: sȝ qꝛ dignificat se maximis in cōparatione ad suā dignitatē: nō eni dignificat se maioribus qȝ dignus sit sicut chaimus nec minorib⁹ qȝ dignus sit vt pusillanimus: sed dignificat se maximis qbus dignus est: ⁊ ideo magnanimitas est media iter chaimotem ⁊ pusillanimitatē. ¶ Ad secundū dōm: ꝙ nō est inconueniēs aliquā virtutē tenere extremū ſm vnā circūstātiā: ⁊ tn̄ tenere mediū ſm alias circūstātias p cōparationē ad rōnē: ⁊ sic est in virginitate: quātū eni ad illud in qȝ tēdit tenet extremū: qꝛ tenet maximā puritatē mētis ⁊ corporis absqȝ pmistione delectationū venerearuȝ: sed quātū ad circūstātias tenet mediū p cōparationē ad rōnē: qꝛ illud tēdit ſm ꝙ opȝ: ⁊ pp quod opȝ: ⁊ sic de aliis.

Ad 3ᵐ. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ minor est falsa. Virtutes eni intellectuales cōsistūt in medio p cōparationē ad suā mēsurā qȝ est res cognita: sicut eni virtutes morales mēsurant a rōne: ita virtutes itellectuales mēsurant a re. vñ ſm phm

X.c.U. x. metaphy. res est mensura nr̄i itellectus: hoc est nostre nālis cognitiōis in virtute: ergo i itellectuali cōsistit mediū p cōparationē ad ipsam rē inquātū habilitat intellectū ad dicēdū qȝ est esse: ⁊ qȝ nō est nō esse. Viciū autē supabūdātie est cū affirmat itellectus qȝ nō est esse: ⁊ viciū defectus est cū dicit qȝ est nō esse: qȝ tn̄ dictum est in arg⁹. Virtutes itellectuales eē regulas moraliū nō debet itelligi nisi de prudētia: nisi extēdat nomē regule ad omne illud qȝ reddit regulā pfectiorē: qȝ ideo dico: qꝛ forte itellectus ⁊ scia ⁊ maxime sapiētia que a pho.6.ethi.c.4. numerant inter virtutes intellectuales coadiuuāt ipsaȝ

Q̄.4. prudentiam. Questio. IIII.

Arg̃.1. **Quarto** querit. Utrū virtutes morales possint corrūpi p cessationē ab actibus suis. Et videt ꝙ nō. Nō sunt pmanētiores in aīa spēs intelligibiles qȝ virtutes: sȝ spēs itelligibiles in aīa nō possunt corrūpi: qꝛ aliter possent corrumpi in angelo quod declaratum est falsum esse li.2. Ergo cum virtutes morales sint in aīa intellectiua: nō pñt corrūpi.

Secūdo ¶ Itē vbi nō est agēs: nō pōt esse actio nec pstructiua: nec dstructiua: sȝ cessatiō ab actu: cū sit pura carētia: nō puenit rō agētis: sȝ cū corrūpe sit actio dstructiua: cessatio virtutis ab actu: nō pōt corrūpe virtuteȝ.

In oppᵐ. Primo **Contra** non est pmanentior virtus qȝ potentia: cuȝ potentia sit naturalis: ⁊ virtus ex acqsitiōe sed potentia corrūpit per cessationē a suo actu: tādiu enī posset esse hō in obscuro carcere: in quo nihil penitus videret ꝙ totalr̄ amitteret visum: ergo multo fortius virtutes morales corrūpi pñt per cessationē ab actibus suis.

Ad qōnē ſm mentē ppriaȝ. Forma accñtalis quater pōt corrūpi. **Respondeo** ꝙ forma accñtalis quattuor modis pōt corrūpi: vno mō per actioneȝ sui ɔ̄rij: ⁊ sic corrūpit frigidū a calido. Alio modo p illud qȝ ɔ̄riat sue cāe effectiue ⁊ pseruatiue: ⁊ sic corrūpit albū a calido excessiuo: frigiditas.n. cā est effectiua ⁊ pseruatiua albedinis: quāuis non sit tota eius cā. Alio mō per corruptioneȝ sui subiecti. Cum naturale esse accñtis sit esse in subiecto: illud qȝ corrūpit subiectuȝ: ex ɔ̄nti corrūpit naturale accñtis esse. ¶ Alio modo per remotionē eorū que phibere cās corrūpentes: ⁊ sic cessatio ab actibus recte psiderandi: corrūpit habitus intellectuales: qꝛ exercitium: qȝ est in actibus recte psiderandi phibet deceptioneȝ: ad quā tendit argumētatio peccās in materia: ⁊ illā ad quā tendit argumentatio peccans in forma: que deceptiones sunt repugnantes hītib⁹ intellectualibuȝ. ¶ Ad sītitudinē primi modi corrūpit virtus castitatis p actus luxurie. ¶ Ad sītitudineȝ scḋi modi corrūpit per actus gule. Abstinentia.n. que per actus gule corrūpit multuȝ iuuat ad castitatis pseruationem. ¶ Modo autē tertio: nulla virtus corrūpi pōt: qꝛ ppie loquendo de virtute: essentia cuiuslibet virtutis est in aīa intellectiua: que est incorruptibilis nature: vt.n. supius dictū est: illi habitus qui sunt in appetitu sensitiuo ppie: ⁊ plene rōnem virtutis non hñt. ¶ Quarto modo cessatio ab actibus virtutum moraliū: pōt esse cā corruptionis ipsarū virtutū. exercitari.n. in actibus phibet ab aīa actus: qbus acquiruntur vitia virtutibus ɔ̄ria. Qui sunt ɔ̄rij actibus: quibus acquirunt virtutes morales. ¶ Cuȝ.n. homo cessat ab actibus virtutum moderantiuȝ passiones: ⁊ frequenter passiones insurgant: se hȝ ad passiones immoderatas qꝛ si eas moderaret: non cessaret ab actu virtutis: cuȝ eas moderare actus virtutis sit: hoiem aūt se hr̄e imoderate ad passiōes est p actus disponētes ad hitus vitioꝝ: seu p tales hit⁹ elicitos. Silr̄ cū hō cessat ab opando iuste opatōes ei⁹ ad primū nō regulāt iustitia: ⁊ opōes ad primū nō regulate iustitia disponūt ad corruptionē hit⁹ iustitie.

Ad pmū **Ad primum** in oppositum dōm ꝙ non est simile de speciebus itelligibilibus in aīa: ⁊ de virtutibus existētibus in ea: qꝛ speciebus intelligibilibus in aīa nihil est ɔ̄rium. Sunt.n. sublevate supra ɔ̄rietatē: vt supius dcm̄ est: nec ēt eaꝝ cāe prime: earū effectiue: ⁊ pseruatiue est aliqd ɔ̄riū. illa.n. cā est itellect⁹ agēs ipsi⁹ aīe. qꝛuis.n. recipiant in aīa rōne sui polis ꝙ ēt est necessarium ad earum conseruationē ad similitudinē ſm quam materia subiecti necessaria est ad conseruationem accñtis recepti in eo rōne sue materie: tn̄ tanqȝ per cām efficientem pseruant per intellectum agentem: qui est illud: qȝ in ipsa aīa est actiuum huius receptionis: ⁊ conseruationis habemus exemplūȝ in lumine qȝ in aere recipit per luminare in aere pseruat. ipsi ēt motioni intellectuali nihil est ɔ̄riū. Et ideo species intelligibiles corrūpi

rūpi nō possunt vllo mō cū nō possint corrūpi p ꝯriū sui cū ꝯritum non hēant:nec per, contrarium sue cause cum contrarium nō hēat:nec p corruptionē sui sbi cum aīa sit icorruptibilis nature. Sed habētibus virtutū in aīa intellectiua cōtrarij sunt habitus vitiorū:⁊ actib⁹ p quos acquirunt contrarij sunt actus p quos acqrunt vicia: ⁊ iō habit⁹ moraliū virtutū corrūpi pñt:quāuis existāt in nō

Ad 2ᵐ T.c.33.

corruptibili sbo. ¶ Ad scdm dōm:q̄ sicut sm phm.8. phy. Grauiū ⁊ leuiū duplex est mouēs.s.mouēs p se qd cūq̄ sit illud qd p suā formā elicit motū grauiū ⁊ leuiū:⁊ mouēs qd est remouēs ꝓhibere:sub quo etiā cōprehēditur ipsa remotio ꝓhibētis:sic dico:q̄ corruptionis virtutis duplex est cā.s.vna que p se corrūpit virtutē cuiusmodi ē,est actus ꝯrij actibus p quos est acqsita virt⁹. Alia est remotio cause que ꝓhibebat tales actus ⁊ talis causa est cessatio ab actib⁹ virtutū:talē aūt causam nō oportet īportare aliqd positiuū:quāuis cessans ab actibus virtutū aliqd positiuū sit:sicut carētia ꝓhibētis in motu grauium ⁊ leuiū nō est aliqd positiuum:quāuis ille q trabē remouet:qui lapidē descēdere ꝓhibebat sit aliqd positiuum. ¶ Quāuis aūt argumētum ad partē secundā grā ꝯclōnis pncipalis posset cōcedi. Sciēdum tñ q̄ p lōgā existētiā in carcere tenebroso hō nō perdit visum:q2 ipa

Car exi⁊tēs i carcere mittit visuz.

potentia visiua corrūpat sm id qd est. Sed q2 sicut dicit Auicē.6.nāliū.lib.3.c.7. Spūs visibilis fugit ocium ⁊ tenebras naturalr:adeo natura amittit ⁊ desuescit mittere visibilē spiritū ad oculos:⁊ tunc paulatim concauitas nerui p quā trāsibat spiritus visibilis replet aliquo humore ipediēte trāsitum spūs visibilis ad oculos:ita q̄ etiam postq̄ hō exit de carcere:natura nō pōt trāsmittere spiritum visibilē ad oculos:nec spēs rei visibilis pōt trāsire ad cōcauitatē cōem duob⁹ neruis veniētibus ad duos oculos:in qua cōcauitate est iudicium de visibilitate.

Q.5. Argu. 1.

Questio. V.

Quinto queritur. Utrum actus elicitus a virtute nō ꝓportinatus ei sm intēsionē minuat eam. Et videt q̄ nō. Nullus actus meritorius minuit virtutē:sz ois actus virtutis est meritorius etiā si nō sit ꝓportionatus ei sm intēsionē:⁊ xiēs enī in actum diligēdi ex charitate:nō tñ ita intēsum sicut posset aliqs actus elici ex charitate iam habita meret:ergo nullus actus virtutis etiā si sit minus intēsus q̄ alij actus q elici possent ab illa virtute:minuit

Secūdo

virtutē. ¶ Itē ois actus minuēs virtutē disponit ad viciū:q2 disponit ad contrariū virtuti:⁊ nihil ꝯriat virtuti nisi viciū. Sed actus virtutis nō ꝓportionatus ei sm intēsionē nō disponit ad viciū:ergo nō minuit virtutem.

Tertio

¶ Itē multi actus dbiles seu remissi equalere possunt vni actui forti:sicut multe gutte parue possunt equiualere vni magne in disponēdo ad lapidis cauationē:sz vnus actus virtutis ita fortis q̄ cōmēsurat virtuti in intēsiōe nō minuit virtutē:ḡ nec multi act⁹ dbiles ipā diminuūt.

In oppositū p̄mo

Contra aqua minus calida supinfusa magis calide ipsam alterat ad minorē caliditatē: quia ex vtraq̄ aqua efficit vnū totū minus calidū q̄ erat aqua ante supinfusionē aque minus calide:ergo a sīli actus elicitus ex virtute a q̄ deficit sm intēsionē minuit illā virtu

Secūdo

tē. ¶ Itē sm phm.2.ethi.c.1. Quales sunt actus tales sequunt actus:ergo actus eliciti a virtute remissiores intēsione q̄ sit ipsa virtus disponūt ad virtutē minorē. Sz in appetitu nō possunt simul esse due virtutes morales eiusdē spēi vna minor altera:ergo p̄dicti actus disponūt ad diminutionē illi⁹ eiusdem virtutis a qua eliciuntur.

Ad qōnē sm mentē aliorū p̄ma ꝯ op̄ᵐ.

Ad istam qōnem forte euellēt dicere qdā q̄ a virtute nō pōt elici actus nō cōmēsuratus ei sm intēsionē:⁊ ita qd nulla est. ¶ Sed cōtra hāc rñsionē arguit sic:vsus virtutū in voluntate ꝯsistit. Unde habēs virtutē pōt agere nō sm virtutem vel actum ꝯtrarium virtuti:ergo multo fortius pōt agere p illā virtutē actum ei nō cōmēsuratū in intēsione sed remissiorē ¶ Alij dicunt q̄ actus ꝓportionati

Secūda

virtuti sm intēsionem:aut sunt itēsio.es q̄ illi actus ad quos habilitat illa virt⁹:⁊ tales ex illa virtute nō eliciūtur:sed sunt disponētes ad augumētū illius virtutis. Si aūt sunt remissiores in itēsione q̄ sit ipsa virtus:tūc dicūt q̄ nō est incōueniēs q̄ eliciātur ab illa virtute. Uirtus enī q̄ reddit hoiē ꝓptū ⁊ facilē ad magnū dilectionis actū:reddit ēt eū ꝓptū ⁊ facilē ad minores dilectionis actus:q2 forma pfecta in se ꝯtinet virtualr virtutem formarū iperfectarū:⁊ hi dicūt:q̄ tales actus p se minuūt illā virtutē a qua eliciūtur:aut ad eius diminutionē disponūt:q2 nō tm̄ est dissile calidū frigido:sed etiā minus

T.c.19.

calidū magis calido. Unde sm phm.5.phy. Motus cū sit a maiori in minus dī aliquo mō esse a ꝯrio in ꝯrium: actus aūt p̄dicti minus sunt intēsi:nisi vt iā dictū est q̄ actus cōmēsurati illi virtuti in intensione:⁊ q̄ illa virt⁹ ⁊ iō ipsa disponūt ad iātā diminutionē que reqrit ad hr: q̄ illi actus essent sibi cōmēsurati sm intēsionē ipse etiā defectus pfectionis in actibus p̄dictis disponit ad diminutionē illius virtutis aliquo mō ad sīitudinē qua cessatio ab actu virtutis corrūpit virtutē seu disponūt ad ei⁹ corruptionē:cū enī aīa nō possit simul esse in duob⁹ actibus eiusdē virtutis vno pfecto alio iperfectiori exercitium iperfectis actibus virtutis cōmensuratis virtuti sm intēsionē excludat seu ꝓhibeat multa que disponerent ad diminutionē virtutis illius que nō ꝓhibētur p exercitium in actibus illius virtutis deficientib⁹ ab ea sm intēsionē:⁊ ab actibus qui illi virtuti in intēsione cōmēsurātur:adeo ēt actus p̄dicti disponūt ad diminutionem illius virtutis sicut remouens probibens.

Ad p̄ᵐ

Ad primum in oppositum cū dicitur:q̄ nullus actus meritorius minuit virtutē ⁊c. Dico q̄ verū est sub rōne qua meritorius est:p̄di cti aūt actus virtutis:nec minuunt:nec ad eius diminutionē disponūt sub rōne qua meritorij sunt:nec sub rōne qua sunt actus virtutis. Sed sub rōne qua deficiūt ab intēsione cōmensurata virtuti:sub rōne aūt huius defect⁹

Ad 2ᵐ.

meritorij nō sunt. ¶ Ad scdm cū dr:q̄ ois actus minuens virtutē disponit ad vitiū. Dico q̄ nō opz hoc esse verū per se:q2 actus disponēs ad minorē virtutē eiusdē speciei cū maiori:eo ipso disponit ad diminutionē illius maioris virtutis:q2 vt dictū est supra maior ⁊ minor virtus

Ad 3ᵐ.

eiusdē speciei nō possunt in eadē aīa simul eē. ¶ Ad tertiū cū dr:q̄, multi actus debiles seu remisi equalere possunt vni actui forti ⁊c. Dico q̄ nō est verū per cōparationē ad virtutē iam habitam cui cōmensurat actus fortis: q2 actus fortis nō disponit ad diminutionē illius virtutis:sed per multos actus debiles posset diminui quousq̄ esset ita parua:q̄ actus debilis in intēsione cōmēsuraret ei:sed p cōparationē ad acqrēdū virtutē magnā nondū habitā possent multi remissi actus boni equalere indirecte vni actui fortiori:q2 p multos actus remissos posset acqri iperfecta virtus:⁊ virtus iperfecta seu pua qñq̄ est maior dispositio ad acqsitionē virtutis maioris q̄ vnus actus fortior quocūq̄ illorum actuum:per quos acquisita est virtus parua.

Q.6. Argu. p̄ᵒ

Questio. VI.

Sexto querit. Utrū virtutes cardinales remanebūt in patria. Et videtur q̄ nō:q2 sm glo. Luc.x. super illud: Maria, optimā partē elegit. Et ēt hz Aug. homelia vlti. super Joā. Uita actiua nō remanebit in patria:sed vt colligi pōt ex snia Aug.12. de tri.c.14. Uirtutes cardinales ptinēt ad vitā actiuā:ergo nō remanebūt in pria. ¶ Itē

Secūdo

sm phm.x.ethico.c.x. In angelis quos deos vocat non sunt cardinales virtutes:sed vt habetur Matth.22. homines erunt sicuti angeli dei in celo: ergo in eis non

Tertio

remanebunt virtutes cardinales. ¶ Itē ibi nō possunt esse virtutes cardinales vbi nō sunt earū obiecta: sed in patria nō erūt terribilia: nec timor: nec passiones cōcupiscibilis: ergo ibi nō remanebunt fortitudo et tēperātia.

In opp^m primo.

Contra Sap. pmo. Iustitia perpetua est ꝛ immortalis: sed sicut habetur eodē lib. c. 8. Sicut sapiētia docet iustitiā: ita sobrietatē ꝛ prudētiā ꝛ virtutē: ergo sicut iustitia remanebit: remanebunt ꝛ ille. ¶ Item Aug. 14. de tri. c. 9. Predicte virtutes in patria remanebūt ꝛ assignat actus quos habebūt in patria.

Secūdo

Ad qōnē sm mentē ppriaz

Respondeo q̄ virtutes cardinales infuse: cum nos ordinēt ad ciuitatē supernā nec de ratione essentiarū sit aliqd illi ciuitati incōpassibile qn peruenerimus ad illā ciuitatē nō euacuabunt sed perficiētur: nec tm̄ ad decorem sic remanebūt absq̄ actibus: vt qdā senserūt: sed habebūt perfectiores actus q̄ʒ habeāt in via. Terribilia eni ꝛ passiones que sunt timor ꝛ audacia nō sunt formale obiectū fortitudinis: nec delectationes carnales: nec passio cōcupiscētie sunt formale obiectū tēperātie. Sed p̄dicta sunt p̄dictaꝝ virtutum obiecta materialia: ita tn̄ q̄ ꝓpinquiora obiecta p̄dictaꝝ virtutū sunt p̄dicte passiones q̄ʒ obiecta earuʒ. Formale aūt obiectū fortitudinis est ordo seu modus: quē dictat ratio recta in habēdo se respectu obiectoꝝ materialiuʒ: ꝛ sicut mediū rōnis sm pħm. 2. ethi. c. 5. nō est vnus neq̄ʒ idē oībus: ita dico q̄ nō est vnū ꝛ idē per cōparationem ad statū vie: ꝛ ad statū patrie. Modus eni quem recta ratio dictat debere haberi respectu terribiliū in via est in timēdo ꝛ audēdo moderate. Modus aūt quē recta ratio instituit in se habēdo in patria respectu terribiliū est firmare volūtatē in securitate in nō timēdo amplius terribilia ꝛ in gaudēdo moderate de obtenta ab oībus terribilibus liberatione p̄fecta. Silr dico q̄ modus quē instituit ratio in debendo se hēre in via respectu delectationū sm errorē est frenare debito modo concupiscētias respectu eaꝝ. ¶ In patria aūt modus quē respectu earuʒ instituit rō recta est perfecte eas detestari ꝛ rōnabiliter gaudere de obtēta ab oībus prauis cōcupiscētijs liberatione plena: remanebūt ergo p̄dictarum virtutū obiecta formalia: sed nullo modo remanebūt obiecta eoꝝ materialia. Nec eni ibi eē poterunt respectu piculoꝝ mortis: timores ꝛ audacie quas oporteat modificare: nec carnalis cōcupiscētia quas oporteat frenare: p̄dictis cōcordat Aug. 14. de tri. c. 9. vbi assignās actus p̄dictarū virtutū quos habebūt in pria dicit actum iustitie esse p̄fecte deo subditū. Actus prudentie erit sine vllo erroris periculo. Fortitudo sine molestia tolerandoꝝ maloꝝ. Tēperantia sine repugnatione libidinū: ita vt prudētie sit nullum bonū deo ꝓponere vel equare. Fortitudinis enim et firmissime cohere: tēperātie nullo defectu noxio delectari.

Quid māle ꝛ formale obiectuʒ fortitudinis ꝛ tēperātie.

Remanēt in patria fortitudo ꝛ tēperātia.

Ad p^m

Ad primum in oppositū dicēdū: q̄ nō plus cōcludit nisi q̄ cessabunt quantū ad actus cōuenientes vite actiue cuiusmodi sunt actus quos habent in via: actus aūt quos habebūt in pria cōuenientes sunt vite cōtēplatiue. ¶ Ad scōm dicenduʒ: q̄ non plus cōcludit nisi q̄ in pria nō manebunt virtutes quātum ad actus quos habent in via: nec remanebunt in re earum obiecta materialia. ¶ Ad tertium dicendum: q̄ esse virtutes nō depēdet ex obiecto materiali sed formali. Formalia autem earū obiecta: vt superius est ostēsum: realiter remanebūt. Sed earum obiecta materialia realiter nō remanebunt: sed tm̄ sm esse intellectū: ꝛ hoc sufficit ad hoc vt realiter possint remanere formale virtutis obiectū tale quale regrit in pria: q2 illud formale obiectū nō est in illo materiali vt in subiecto: sicut mediuʒ in passione timoris est in illa passione: sed est tm̄ in actu appetitus absq̄ predicta passione: quāuis sit respectu eius vt apprehensa est.

Ad 2^m

Ad 3^m

Qō VII

Argt. 1.

Septimo queritur. Utrū sole virtutes morales que sunt prudentia: iustitia: fortitudo: ꝛ tēperātia dici debeāt cardinales. Et videtur q̄ nō. Magnanimitas maior est aliqua p̄dictarū: q2 sm pħʒ. 4. ethi. c. 8. Magnanimus magnitudine extremus est: cuʒ ergo virtus ꝓpter suā p̄ncipalitatē cardinalis dicat magnanimitas virtus cardinalis est. ¶ Itē quāto virtus moralis est perfectior tāto magis debet dici cardinalis: sed patiētia nō est minus p̄fecta q̄ʒ aliqua de p̄dictis quatuor. De illa eni dicit Iaco. 1. q̄ illa opus perfectū habet. ergo est cardinalis virtus. ¶ Itē superbia p̄ncipalius vitiū est q̄ʒ intēperātia: ergo humilitas p̄ncipalior est virtus q̄ʒ tēperātia: cū ergo tēperātia sit virtus cardinalis multo fortius humilitas. ¶ Itē virtutes theologice sunt omnibus alijs p̄ncipaliores: ergo maxime debēt dici cardinales. ¶ Item sicut celū voluit super suos cardines ꝛ ostium in cardine suo sic tota actiua vita hois voluit sup oēs morales virtutes: sed ideo virtutes dicūtur cardinales: quia sup eas voluit vita actiua hois sm rōnē viuētis: ergo oēs virtutes morales debent dici cardinales.

Secūdo

Tertio

Quarto

Quinto

Cur virtutes dicātur cardinales.

In op^m primo

Contra Tullius in sua rhetorica ꝛ papias oēs alias virtutes morales ad predictas quatuor reducit: ergo ille sole quatuor p̄ncipales ꝛ cardinales sunt. ¶ Itē glo. super illud Luc. 6. Beati pauperes nō ponit nisi cardinales quatuor virtutes. s. iustitiā: prudētiā: fortitudinem: ꝛ temperantiam.

Secūdo

Ad qōnē sm mentē ppriaz.

Ad istam questionem dicunt quidaȝ q virtus duplicimiter potest capi. s. proprie et cõmuniter. Primo modo cum virtus sit perfectio quedam ſm phm. 7. physico. Omne illud quod repugnat perfectioni etiam si sit bonum deficit a ratione virtutis: sed verecũdia perfectioni repugnat: vt enim iam dictum est in arguendo. Uerecundia est timor confusionis pro aliquo turpi facto. Unde etiam dicit philosophus. 7. Ethico. cap. 23. Quod est quidam timor ingulationis: et perficitur circa pericula timoris consimiliter. Cuȝ ergo timor non sit nisi respectu ardui mali difficilis ad vitanduȝ Et perfectus non apprehendat aliquid turpe seu exprobrabile: vt difficile ad vitandum: quia perfecto facile est talia vitare. Uerecũdia pfectioni repugnat: ergo proprie loquendo non est virtus. ¶ Si autem accipiatur virtus cõmuniter pro quolibet bono laudabili in humanis actibus vel passionibus: sic verecũdia potest dici virtus: cum sit quedaȝ passio laudabilis. Sed hec opinio non mihi placet. Planum est. n. q nullus intelligens diceret q verecũdia: prout accipitur pro passione esset virtus: sed de habitu habilitante appetitum ad actum verecũdandi: ſm rectum iudicium rationis multi dicerent q virtus est: non obstante ratione que pro alia opinione posita est: in corpore questionis. Si enim illa ratio valeret gratia forme: sequeretur q fides et spes nõ essent virtutes: quia repugnant perfectioni patrie. Cum fides sit respectu veri non apparent. Et spes respectu boni ardui absentis. Penitentia etiam virtus non esset: quia penitentia: ẽ de aliquo malefacto: et repugnat perfectioni status innocẽtie.

Ad qõn ſm mẽt aliorum
Prima T. L. 15
Contra opinion

Unde sine preiudicio mihi videtur dicenduȝ ad questionem q verecũdia potest accipi tripliciter: vno modo p passione: alio modo pro actu. Tertio modo pro habitu. ¶ Primo modo concedo cuȝ philosopho q verecundia non est virtus: sed laudabilis passio. Passiones autem ſm eundem. 2. li. Ethi. c. 5. Nõ sunt virtutes. Secundo modo est actus virtutis. Tertio modo est virtus. habitus enim determinans appetitum inclinando ad actum existentem ſm rectum iudiciuȝ rationis virtus est: quia talis habitus est bonus: et habentẽ perficit: et opus eius bonum reddit. Sed esse talem habitum est esse virtutem ſm phm. 2. Ethi. c. 5. Cuȝ ergo modificatio verecũdie sit actus ſm rectum iudicium rationis habitus habilitans ad talem actum virtus est.

Ad qõnẽ ſm mẽtẽ propriam Uerecundia põt triplr accipi

Ad primum in oppositum dicendum q phs ibi loquitur de verecũdia: prout accipitur pro passione. ¶ Ad secunduȝ dicendũ q quãuis nullus debeat laudari: sed vituperari pro facto exprobrabili: de quo est verecũdia: tamẽ et senes et iuuenes laudandi sunt ex hoc q sic sunt dispositi: vt si aliquid exprobrabile cõmitterent: verecũdarentur. vnde talis dispositio seu talis habitus bene est in studioso: immo quãto homo est melior in statu: in quo potest peccare: tãto magis sic est dispositus: vt verecũdaretur: si cõmitteret aliquid turpe. Sed quia philosophus ibi restringit nomen virtutis ad virtutem: que nullam presupponit in virtuoso moralem turpitudinem fuisse: ideo non tantum verecũdiam ſm quod est passio: sed etiam ſm quod accipitur pro habitu: negat esse virtutem. ¶ Ad tertium cum dicitur q nullum vitium est necessarium ad acquisitioneȝ virtutis ꝛc̃. Dico q verum est de virtute: que nõ supponit aliquod peccatum in virtuoso fuisse: sed virtus verecũdie: non est talis: presupponit enim eum qui talem acquisiuit virtutem exprobrabilia cõmisisse. Uel potest dici q ex multotiens timere ſm rectam rationem ingloriationem pro facto exprobrabili: si cõmitteretur q timens apprehendit: vt cõmitti possibile potest causari virtus: que passionem verecundie ſm rectum iudiciuȝ rationis modificaret: si aliquod turpe cõmitteretur.

Ad p^m
Ad scðm
Ad 3^m

CIrca lra3.[Cui regēti eē subditum iusti tie est.]s.mediāte humilitate q̄ ptinet sb iustitia eo mō quo ondet.4.li.dño cōcedēte i tractatu de pñia.[Nullū bonū deo preponere.]s. Mutāda est negatiua in affirmatiuā: sb h̄ sensu q̄ ibi erit actus prudētie deum oi bono creato pponere. [Fortitudinis ei firmissime coherere nō sicut obiecto]q̄r sic nō respicit deum aliqua virtus cardinalis: sed sicut finē: actum tamen habebit aliquē circa obiectum: vt in q̄b nibus expositū est: ⁊ statim adhuc patebit.[Alios vsus tunc habebunt q̄3 modo.]Nec hoc est inconueniens. Uidemus enim q̄ motor grauis aliam actionē habet respectu grauis distantis a cētro q̄3 respectu grauis existētis in cētro: q̄r pma actio est causare motum: secūda causare quietē seu exclusionē motus: ita dico a sili q̄ tēperātia aliū actum habet respectu sui obiecti in distātia a fine q̄3 in cōiūctione cū fine. Et est primus actus moderare delectationes cardinales: secūdus actus est causare in cōcupiscibili quietē per oimodā exclusionē oium delectationū carnaliū. Et hūc actuz exprimit augu.xiiij. de tri. c.ix. Ubi dicit q̄ in patria erit tēperātie actus nullo defectu noxio delectari. Actus fortitudinis in distātia a fine est moderare audacias ⁊ timores: ⁊ periculo mortis resistere: in patria erit actus eius omnes tales passiones perfecte excludere firmādo irascibilē in securitate.

Dist.34. ❡ De septem donis spūssancti. Di. XXXIIII.

NUnc de septē donis spūssancti agēdū ē: vbi pri⁹ cōsiderādū ē: an hec dona virtutis sint. Scdo an in futuro desitura sint vel oia vel horū aliq̄. Deinde an in xpo fuerit cūcta hec dona. Hec dona virtutes eē nec i futuro desitura. Amb. Ostēdit ea septē fore virtutes dicēs ⁊ in angelis abūdātissime eē sic. Ciuitas dei illa hierlm: celestis nō meatu alicui⁹ fluuij terrestris abluit: sed ex vite fonte procedēs spūssancti cui⁹ nos breui satiamur haustu i illis celestib⁹ spiritib⁹ redundāti⁹ videt effluere: pleno septē virtutū spiritualiū feruens meatu. Si enim fluuius riparum crepidinibus editis superfusus exundat: q̄3tomagis spūm oīm super ueniēs creaturā cū nostre mētis arcana tanq̄ īferiora pstringat celestē illā angelorū naturaz effusione quadā sctificationum vbertate letificat. Deīde sanctificationē exponēs subdit. His aūt sanctificationib⁹ significat plenitudo septē spiritualiū virtutū quas enumerat Esaias dicēs. Spiritus sapiētie ⁊ itellectus spiritus consilij ⁊ fortitudinis: spiritus scientie ⁊ pietatis: ⁊ spūs timoris dñi. Unū est ergo flumen spiritus sancti: sed multi spiritualiū donorum meatus. Quāuis ergo multi dicātur spūs: vt spūs sapiētie ⁊ intellectus ⁊c. vnus tñ est dei spiritus sue libertatis arbiter oia pro auctoritate volūtatis diuidēs singulis. Hic expresse traditū est septē dona ⁊ virtutes eē sctificationesq̄ fideliū mentiū: ⁊ in futuro nō desitura cū sint ⁊ in angelis.

Ambro. Q: septē dona sūt in angel ⁊ sūt virtutes.

Esaie.2.

❡ Q: in christo fuerunt illa septem dona.

Esaie.1. In christo etiā hec eadē fuisse Isaias ostendit dicens. Egrediet virga de radice iesse: ⁊ flos de radice ei⁹ ascēdet ⁊ regescet sup eū spirit⁹ dñi: spirit⁹ sapiētie ⁊ itellect⁹: spirit⁹ 9silij ⁊ fortitudinis: spirit⁹ scientie ⁊ pietatis ⁊ replebit eū spiritus timoris domini.

❡ Q: videtur obuiare premissis.

HIs autem videt obuiare qđ Beda de timore dñi dicit sup pabolas. s. q̄ ois timor i futuro cessabit. Ait eni sic sup illū locū. Timor dñi pncipiū sapiētie Duo sūt timores dñi: seruilis q pncipiū sapiētie ē: ⁊ amicabilis q pfectionē sapie comitat. Seruilis pncipiū sapie ē: q̄r q post errata sape icipit: pino timore corripit diuino ne puniat: s3 hūc pfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor dñi sanct⁹ pmanēs i seculū seculi: quē nō excludit charitas s3 auget: quo timet fili⁹ ne vel i modico oculos amātissimi patris offendat: vter q̄3 i futuro cessabit: charitas v̄o nunq̄ excidet. aug. vero sup illū locū psalmi. Adorabo ad tēplū sāctū i timore tuo: timorē dei desituꝝ dicit sic. Timor dñi ē magnū p̄sidiū pficiētib⁹ ad salutē: s3 puenietib⁹ foras mittit: Nō ergo timēt iā amicū eū. s. ad id qđ repromissū ē pducti fuerit. Ex his auctoritatib⁹ significat q̄ timor ñ erit i futuro. Si aūt timor nō fuerit i futuro: ergo nec septē dona erūt nec mō sūt i āgelis siue i aiab⁹ sāctis. Ad qđ dicim⁹ auctoritatū p̄missaꝝ que videt repugnātiā dirimētes: q̄ septē illa dōa ⁊ i āgelis mō sūt ⁊ i aiab⁹ sctis feliciter viuētib⁹ ⁊ i nobis erūt i futuro: s3 nō hēbūt oia hos vsus sicut nūc hec officia que nūc habēt: vt v̄bi gratia. Timor filialis mō timere ne offendam⁹ quē diligem⁹ ⁊ ne sepemur ab eo facit etiā nos reuereri eūdē. In futuro v̄o faciet nos reuereri quādo ñ timebim⁹ separi vel offendere. Nō ergo inest⁹ separatiōis vel offēsionis nūc ē i āgelis vel in aiab⁹ sāctis nec i nobis erit i futuro: s3 reuerentia q̄ ē mixta cū subiectōe dilectiōis: q̄ etiā i xpo fuit sicut apostol⁹ dicit i epistola ad hebreos loquens d̄ xpo. Qui exaudit⁹ ē p sua reuerētia. Quidaz tamen secundum effectum timorem in christo ⁊ in angelis tantum esse contendunt.

Beda. *Prouer. primo.* *1.Ioā.4.* *psal.8.* *Aug. sup psal.5.* *Solutio* *Heb.5.*

❡ Plena timorum distinctio.

Et quia de timore tractādi nobis occurrit locus. Sciēdū ē q̄tuor eē timores. s. mūdanū siue humanū: seruilē initialē: castū vel filialē siue amicabilē. Human⁹ timor ē vt ait Cassiodor⁹: qñ timem⁹ pati pericula carnis: vel pdere bona mūdi pp qđ delinqm⁹. Hic timor mal⁹ ē q i pmo gradu cū mūdo deseritur: quem dominus prohibet in euangelio dicens. Nolite timere eos qui occidūt corp⁹ ⁊c. Timor aūt seruilis est: vt ait Aug. cū per timorē gehēne cōtinet se hō a peccato quo presentiam iudicis ⁊ penas meruit: ⁊ timore facit quid boni facit: nō timore amittendi eternum

Cassiodor⁹ sup ps. *Matt.x.* *Luce.12.* *Augu. super psal.*

bonum

bonū qđ nō amat:sed timore patiēdi malū qđ
formidat. Nō timet ne perdat amplexus pul-
cherrimi spōsi:sed timet ne mittaē in gehēnaꝫ
Bonus est iste timor ꝛ vtilis:lꝫ insufficiens ꝑ
quē fit paulatim cōsuetudo iustitie: ꝛ succedit
initialis timor qñ incipit qđ durū erat amari.
ꝛ sic īcipit excludi seruilis timor a charitate: ꝛ
succedit deīde timor castus siue amicalis: quo
timemus ne sponsus tardet:ne discedat: ne of
damus:ne eo careamus. Timor iste de amore
venit. Jlle qdē seruilis est vtilis:sed nō perma
nens in eternum vt iste. Timor diuinus co-
mes est per omnes gradus.

¶ Collatio predictorum.

Et attende

ꝙ quatuor hic distin-
guūtur timores cū su-
pra Beda duos dixerit esse. Sed beda huma
nū timorē ꝓtermisit:ꝛ noīe seruilis duos quos
hic distinximus cōplexus fuit.s.seruilē ꝛ inicia
lē. Amicabilē vero castū dixit. Aug. quoqꝫ ser
uilē ꝛ castum timorē aperte discernit: dum epi
Roñ.8. stole ad Romanos illū locū exponit. Nō eniꝫ
accepistis spiritū seruitutis iterū in timore: sed
accepistis spm̄ adoptionis filioꝝ dei ita dicēs.
Duo timores insinuātur hic:vnus q est pfecta
charitate.s.timor castus:alter q nō est in cha-
ritate.s.seruilis:l quo ꝗuis deo credaē non in
deū:ꝛ si bonū fiat nō tamen bene. Nemo eniꝫ
inuitus bene facit etiā si bonū est quod facit.

¶ De casto ꝛ seruili plenius agit tangens inter-
dum de inictali.

De his

eisdē timoribus latius disputat
Augu. dicēs. Cepit aliquis cre
Jn nona epła sup Joānē. dere diē iudicij:si cepit credere:cepit ꝛ timere.
Sed qꝛ adhuc timet: nondū habet fiduciā in
die iudicij.nōdū est in illo pfecta charitas. Si
pfecta in illo eēt charitas:non timeret. Perfe
cta enī charitas faceret perfectā iustitiā ꝛ non
haberet vnde timeret:imo haberet quare desi
deraret vt trāseat iniqtas ꝛ veniat regnū dei:
Hic tan-git de ini-ciali ti-more. ergo timor nō est l charitate. Sed in qua cha-
ritate:nō in icboata. Jn qua ergo:in perfecta.
1.Joā.4. perfecta inquit charitas foras mittit timoreꝫ:
ergo incipiat timor:quia iniciuꝫ sapiētie timor
dñi. Timor enī quasi locuꝫ preparat charitati.
Cū aūt ceperit charitas habitare pelliē timor
q ei preparauit locū. Quātuꝫ enim illa crescit:
ille decrescit:ꝛ quātū illa fit interior: timor pel
litur foras. maior charitas:minor timor:minor
charitas maior timor. Si aūt nullus est timor
nō est quo intret charitas:sicut videmus ꝑ se-
tā itroduci linū qñ aliqd suiē. seta prius itrat ꝛ
Similitu-do fulis timoris iducitur. nisi exeat nō succedit linū. Sic timor primo oc
cupat mentem:non autem ibi remanet timor:
qꝛ ideo intrauit vt introduceret charitatē.

¶ Quod videtur predictis aduersari.

Est autem

alia snīa que videē huic
esse cōtraria.si nō habet
piū itellectorē. Dicit enī in ꝑs. Timor dñi cast⁹ Ps.18.
ꝑmanet in seculū seculi. Eternū quēdā timorē
nobis ostēdit.s.castū. Qđ si ostendit ille nobis
eternū timorē:nuqd cōtra dicit illi ista episto
la que dicit. Timor nō est in charitate:sed per 1.Joā.4.
fecta charitas foras mittit timorē. Hoc enī di-
ctū est per Joānem.illud dictū est per Dauid
Sed nolite putare aliū esse spiritū. Si enī vn⁹
flatus inflat duas tibias:nō pōt vnus spiritus
īplere duo corda ꝛ agitare duas linguas. Si
spiritu vno.i.vno flatu implēte:due tibie cōso-
nāt:īplete due ligue spiritu dei dissonare possūt
imo ibi quedā cōsonātia est quedā cōcordia:sꝫ
auditorē desiderat studiosum nō ociosum. Ec-
ce intonuit duas linguas spūs dei: ꝛ audiuimus
ex vna:timor nō est in charitate:audiuimus ex
alia:timor dñi castus ꝑmanet in seculuꝫ seculi.
Quid est hoc? Dissonat? Non. Excute aures.
intēde melodiam nō sine causa hic addidit ca-
stus illic nō addidit:qꝛ est timor aliqs qui dici
tur castus:est alius timor qui non dicit castus.
Discernamus istos duos timores ꝛ intelliga-
mus cōsonantiam tibiarū. Quō discernimus?
Attēdat charitas vestra. Sunt hoīes q ꝓpte-
rea timēt deū ne mittātur in gehennā ne forte
ardeāt cū diabolo in igne eterno. ipse est timor
q itroducit charitatē:sed sic venit vt exeat. Si
enī ꝓpter penas times deū:nōdū amas quem
sic times. non bona desideras:sed mala caues.
Sed ex eo quia mala caues corrigis te ꝛ icipis
bona desiderare:que cū dsiderare ceperis: erit
in te timor castus. Quid est timor castus? Ti- Augu.
mere ne amittas ipsa bona:timere deū ne rece
dat a te. Cū aūt times deū ne te deserat:ꝑñtiā
eius amplectens:cū ipso frui desideras.

¶ Quomodo distent duo timores:per similitudi
nem duarum mulierum ostendit.

Non potes

melius explanare quid
intersit inter duos istos
timores:qꝫ si ponas duas mulieres maritatas
quarum vnam cōstituas volentem facere adul
terium:sed timet ne dānetur a marito. Timet
maritū quia adhuc amat nequitiam. huic nō
grata est:sed onerosa mariti presentia:ꝛ si forte
viuit negter:timet maritum ne veniat. Tales
sunt q timēt dieꝫ iudicij. Fac alteram amare
viꝝ:debere illi castos amplexus:nulla se adul
terina imundicia maculare velle. ista optat ꝑ-
sentiā viri. Jlla timet:ꝛ ista timet. Jā ergo in-
terrogenē quare timeāt: Jlla dicet. Timeo vi
rū ne vēiat. illa dicet:timeo viꝝ ne discedat. Jl
la timeo viꝝ ne dānet:illa dicet:timeo virū ne
dserat. Pone hec l alo:ꝛ iuenis timorē quē fo
ras mittit charitas:ꝛ aliū timorē castū ꝑmanē

te in seculū seculi. Illū timorē pfecta charitas foras mittit: qꝛ ille timor tormentū habꝫ: torq̄tur conscientia peccatoꝝ nondū facta est iustificatio. Est ibi qđ titillat mentē: qđ pugnat: qđ stimulat. Stimulat ille timor: sꝫ intra charitas que sanat qđ vulnerat timor. timor castus facit securitatē in aīo. Audiuimus duas tibias. s. Joannē ⁊ Dauid ꝯsonātes. illa de timore dei dicit quo timet aīa ne damnet. illa de timore quo timet aīa ne deserat. Ille est timor quem charitas excludit: ille est timor qui pmanet in seculū seculi. Ecce in his vbis predictis aperte ostēdit Aug. quis sit timor castus ⁊ qs seruilis ⁊ qualiter differāt. In qb⁹ etiaꝫ inicialem timorem significauit qui nec ex toto est seruilis: nec ex toto castus: sꝫ tanq̄ medi⁹ aliqd de seruili: ⁊ aliquid de casto timore habꝫ: facit. n. seruire parti timore pene: parti amore iusticie: p quē timemus puniri ⁊ timemus offēdere. Iste timor ē in icboata charitate nō i pfecta: ⁊ quātū crescit charitas tātū decrescit iste timor q̄tū ad metū pene: idest quātū ad id qđ facit timere penā: ⁊ quātū ad tormētū conscientie. Nā quanto maius diligim⁹ tanto min⁹ iste timor notat in illis vbis aug. vbi nō negat timorē eē i charitate icboata sꝫ i pfecta. Quod non posset dici de seruili: quia vt ipse supra dixit seruilis timor nō remanet veniēte charitate: nec intrat charitas nisi prius ille timor exeat: nec in illo timore aliqs credit i deū ⁊ si credat deo. nec bonū facit: etiā si bonū est qđ facit. Nō ē ergo timor ille in charitate etiā incohoata: qa omnis q charitatem habꝫ licet nō pefectā: ⁊ i deū credit ⁊ bona opa facit: quare seruilis nō est timor ille quē in charitate incohoata fore cōcessit: ⁊ queꝫ crescēte charitate decrescere dixit. Sed ille est timor initialis quem non negat esse in charitate nisi perfecta sit.

¶ Quod timor seruilis ⁊ initialis dicitur initiū sapientie sed differenter.

Prouer. 1. c. 9. Eccl. 1. 2. **Sciendum** tamen est φ vterq̄ timor. s. seruilis ⁊ initialis in scripture diuersis locis dr initiū sapiētie: ⁊ ita fore cōperies si diligēter ānotaueris loca scripture in qbus de timore dñi fit mentio. Ex alia tñ ratione ⁊ cā diuersa dicit seruilis timor initiū sapiētie: ⁊ ex alia initialis. Seruilis eniꝫ ideo dicit initiū sapiētie: qꝛ pparat locū sapientie ⁊ ducit ad sapientiā sed tñ nō remanet cuꝫ ea imo foras exit. Initial vo dr initiū sapie: qꝛ est icboata sapiētia: quē cū qs habere icipit: sapiētiā ⁊ charitatē hēre icipit. Inde etiā ē φ vterq̄ timor dr initial: quod inuenire poteris per diuersa scripture loca. Vterq̄ etiā timor interdū dr seruilis: qꝛ ⁊ ipse inicialis q ē i charitate icboata: aliqd habet de seruili. s. angorē pene: sicut ⁊ aliqd habet de casto. s. φ timet offendere ac separari.

¶ De hoc qđ Aug. dicit castū timorē eē eternū.

Illud quoqꝫ diligēter ē notādum φ i superioribus Augustinus dicē castū timorem esse eternū per qđ ꝯfirmatur premissa sentētia. s. φ spūs timoris erit futuro sicut ⁊ alia dona spūssancti: sed non habebit omnem illū vsum quē mō habet. Faciet ⁊ eni tunc nos reuereri deū nō timere separari vel carere. Fuit ergo ⁊ in christo timor ille sed iuxta vsum illū quē habebit in futuro i sanctis. Nō. n. timuit xp̄s separari vel offēdere deum sed eum pre omnibus reueritus est.

¶ An timor pene qui fuit i christo fuerit seruilis vel inicialis vel alius.

Cum autem fuerit i xp̄o timor pene querit an iste timor fuerit mūdan⁹ vel seruilis vl initialis. Ad qđ dicim⁹ nullū eoꝝ fuisse in xp̄o: qa timor mūdanus malus est vt supradictū ē: ⁊ in pmo gradu cū mūdo deserit. Seruilis vero vel initial i pfecta charitate nō ē. Nullus ergo timorū istorū fuit in christo. Quis ergo fuit timor iste quo penā timuit? Potest timor ille dici naturalis vel hūan⁹ qui omnib⁹ hoīb⁹ inest: quo horretur mors ac formidat pena. Et dr timor iste naturalis nō qui accesserit homini ex natura sm φ prius fuit instituta: qꝛ nō fuit iste timor cōcret⁹ homini nec de bonis naturalibus: sed qa ex corrupta natura p pctm oīb⁹ aduenit: cui correptio inoleuit: tāq̄ eēt naturalis ⁊ ē iste timor effect⁹ peccati ut predictum est.

Di. XXXIIII. Dis. 34.

n **Hanc de** septē donis ⁊c. Superius determinauit magister de virtutibus: hic determinat de septem donis spūssancti: ⁊ diuidit in ptes duas. ¶ Primo determinat de donis absolute. ¶ Scdo de ipsis cōparādo vnū ad aliud distinctione sequēti ibi. [Post premissa diligēter ꝯsiderādū est.] ¶ Prima i duas. ¶ Primo determinat de donis in cōmuni. ¶ Secūdo de dono timoris in spāli ibi. [Et qꝛ de timore.] ¶ Prima in duas. ¶ Primo mouet tres qōnes de donis. ¶ Scdo eas soluit ibi. [Hec dona.] Et hec in duas. ¶ Primo qōnes soluit. ¶ Scdo contra solutiones opponit ibi. [His videt obuiare.] Et ista in duas: quia pmo opponit. ¶ Secūdo soluit ibi. [Ad qđ dicimus.] ¶ Illa pars in qua tractat de timore in speciali diuidit in tres. ¶ Primo determinat de speciebus timoris. ¶ Scdo de earuꝫ pfectione ⁊ ipfectione ibi. [De his eisdē.] ¶ Tertio agit de christi timore ibi. [Cū aūt timor pene.] ¶ Media istarū diuidit in ptes q̄tuor. ¶ Primo ostēdit ipfectionē timoris filialis ibi [Est aūt.] ¶ Tertio exēplificādo declarat differētiā vbi vsq̄ ibi. [Nō melius potes.] ¶ Quarto ostēdit vtriusq̄ efficaciā ibi. [Sciēdū tamen est.]

Circa hāc dist. querēdū est pncipaliter de duobus. ¶ Primo de donis in generali. ¶ Secūdo de dono timoris in speciali. ¶ Circa primum queruntur quatuor.
¶ Primo vtrum dona sint nobiliora virtutibus.
¶ Secundo vtrum sint meliora beatitudinibus ⁊ et

fructibus

fructibus. ❡ Tertio vtrum sint necessaria ad salutem.
Qō.1. ❡ Quarto vtrū in patria remanebūt. Qō. I.

Argt pᵒ **PRimo** ostēdo q͏ dona nō sunt nobilio/ra virtutibᵒ. augu. 19. de ci. c. 4. dicit q͏ virtutibᵒ nihil meliᵒ atq͏ vtiliᵒ i hoie
Secūdo reperit. ❡ Itē aug. 15. d tri. c. 18. dicit. Q͏ iter dōa dei nl'lū ē excellētiᵒ dono charitatis: s͏ʒ charitas ē vir
Tertio tᵒ. ❡ Itē nihil ē nobiliᵒ seipso: s͏ʒ dona idē sūt q͏ virtutes Diffō. n. virtutis data a magr͏o lib. 2. dist. 17. q͏ virtus est bona qualitas mētis qua recte viuit: ⁊ qua nullus male vtit quā deus solus in hoie operat͏ ꝯuenit donis: ergo dona nō sunt nobiliora virtutibus.

In oppo sitū pmo **Contra** dona dantur in adiutorium virtutū: vnde augu. 14. de tri. c. 1. Dicit q͏ per sciētiā fides gignit: nutritur: defendit: roborat: sed sciētia donuʒ est: fides virtus. Cū ergo nobilius sit illud qd͏ in adiutoriū alterius datur q͏ʒ illud cui datur in adiutorium: nobiliora sunt dona virtutibus.

Ad qōnē ſm mētē alioꝝ pᵒ **Ad istam questionem** dicunt quidaʒ q͏ dona nō sūt aliȷ habitus ſm rem q͏ʒ perfecte virtutes: vnde Grego. 1. moral'. lib. aliquātulū vltra mediū. Illa septē dona que narrat Esaias nominat virtutes: vnde isti dicunt q͏ Esaias per donū sapiētie intellectus ⁊ scie intellexit tres virtutes intellectuales perfectas: ⁊ per donū cōsiliȷ prudentiā: ⁊ per donū fortitudinis virtutē fortitudinis pfectaʒ ⁊ per pietatē perfectā iustitiam: ⁊ per timorē tēperantiā: eo q͏ timor disponit ad tēperātiaʒ: ⁊ ipsam reddit firmiorem. ❡ Uel pōt dici melius q͏ per timoreʒ intellexit pfectā humilitatē que includere videtur timorē reuerentie. Unde Grego. dicit. 2. li. moral'. longe ante finē q͏ spūs sanctus cōtra superbiā dat timorē: sed q͏ cōis opinio doctorū tenet q͏ dona sunt aliȷ habitus a virtutibus: ideo

Ad qōnē ſm mētē pprīam. hāc opinionē sequēdo pōt dici q͏ in nobis sunt theologice virtutes ⁊ intellectuales ⁊ morales. In actionibus
Duplici motore moue/mur in actiōibᵒ nostris. etiā nostris duplici mouemur motore scilicet inferiori q est ratio sub ratione comprehendēdo intellectū ⁊ voluntatē: ⁊ superiori qui est spiritus sanctus: per virtutes intellectuales perficitur inferior motor quo ad intellectuʒ. Per morales pficit quo ad appetitū ad hoc vt bene sit mobilis a ratione ⁊ volūtate. Per virtutes theologicas vnimur cuʒ superiori motore: quāuis in via imperfecte. Per dona perficitur aīa ad hoc: vt sit bene mobilis a superiori motore qui est spiritus sanctus. Perfectius autē est vniri spiritui sancto q͏ʒ esse bene dispositū ad sequēdū motionē eius: q͏ moueri a spiritu sancto ordinat ad vniri cū spiritu sancto sicut ad nobiliᵒ: ⁊ ideo virtutes theologice sunt donis nobiliores: ⁊ q͏ prius etiā ordine nature est vnio mobilis cuʒ motore q͏ʒ ipsum ab eo moueri: Ideo etiam ordine nature vnio anime cum spiritu sancto per virtutes theologicas prior est donis quibus anima est bene mobilis per spirationē spiritus sancti. Et iō sacra scriptura Esaie vndecimo de donis loquitur non sub nomine donorum: sed sub nomine spirituum: quamuis aūt dona minus nobilia sint q͏ʒ virtutes theologice propter rationē iam dictam tamen nobiliora sunt virtutibus intellectualibus ⁊ moralibus. Nobiliorem enim dispositioneʒ oportet esse immobili respectu superioris motoris q͏ʒ respectu inferioris motoris: ⁊ etiā q͏ʒ in. inferiori motore mouēte seipsum: cuiusmodi motor est ratio: quia per illas easdē virtutes per quas disponitur ad hoc: vt bene moueat semper illas easdeʒ disponitur ad hoc: vt bene sit mobilis a se: similiter per illas easdem virtutes morales per quas volūtas disponitur: vt bene moueat se disponitur vt bene sit mobilis a se. De istis duobus motoribus non tm͏ loquūtur sancti: sed etiam philosophus in tractatu de bona fortuna: vbi dicit q͏ cū anima mouetur a superiori motore: hoc est per instinctum diuinū nō expedit cōsiliari ſm rationē humanā: q͏ illa motio est a nobiliori pncipio: q͏ʒ sit ratio humana.

Ad primum dicendū: q͏ ibi Augu. sub nomine virtutum cōprehendit omnes habitus quibus dirigimur ad vitā eternā. ❡ Ad secūdum dicēdum: q͏ illa auctoritas cōcedenda est. ❡ Ad tertium dicēdum: q͏ minor est falsa: nec illa diffinitio est precise data de virtute nisi extendēdo nomē virtutis inquātū cōprehēdit virtutes proprie dictas ⁊ ipsa dona. Ad pmū Ad 2ᵐ Ad 3ᵐ

Ad argumentum ad partem aliam dicēdum: q͏ dona dantur in adiutoriū virtutuʒ moralium: ⁊ intellectualium: sicut a principe fortis: miles datur in adiutoriū debiliori: sed dantur in adiutorium theologicarū: sicut seruus datur in adiutorium domino imperāti. Ad argᵐ in oppᵐ Diuersimode dātur dona respectu virtutuʒ moraliuʒ ⁊ theologicarum.

Questio. II.

SEcundo queritur vtruʒ dona sint nobiliora beatitudinibus ⁊ fructibus. Et videtur q͏ sic. dona perficiūt aīam ad hoc vt bene sit mobilis a spiritu sancto: sed in anima nō potest esse nobilior dispositio excepta illa p quā anima viuitur cū spiritu sancto: que est per virtutes theologicas: ergo dona sunt ipsius anime nobilissime perfectiones post theologicas virtutes. ❡ Item dona sunt nobiliora virtutibus moralibus: vt in precedenti questione habitum est: sed beatitudines pertinent ad virtutes: vna scilicet ad mititatem: alia ad misericordiā: alia ad iustitiā: ⁊ sic de aliȷs: vt patet Matth. quinto. ergo dona sunt nobiliora beatitudinibus. ❡ Itē si dona non essent nobiliora beatitudinibus ⁊ fructibus non videtur q͏ magis fuissent enumerata in laudē christi Esaie vndecimo q͏ʒ beatitudines vel fructus. Secūdo Tertio

Contra dona sunt habitus: beatitudines sunt actus. Lugere enim esurire sitire iustitiā actus sūt fructus etiā sunt opera: vt dicit glo. Matth. septimo super illud. Nō potest arbor bona ⁊c̄. Sed actus sunt nobiliores q͏ʒ habitus: quia sunt fines habituū: ergo beatitudines ⁊ fructus sunt nobiliores donis. ❡ Iteʒ quod est propinquius eterne beatitudini nobilius est: sed beatitudines sunt ppinquiores eterne beatitudini q͏ʒ dona: propter enim maximam propinquitatem nomine beatitudinis nominate sunt: vt videtur: fructus etiam est vltimū quod expectat de re: ergo videtur q͏ beatitudines ⁊ fructus sint nobiliores donis. In oppᵐ primo. Secūdo

Respondeo q͏ beatitudines actus sunt perfectissimi perfectissimoꝝ habituū q sūt in via. pfectissimi aūt habitꝰ sūt dona ⁊ virtutes theologice. Uñ oēs ille beatitudines que numerant͏. Matth. 5. sunt actus virtutū theologicarū aut donorū. Actus aūt nobiliores sūt habitibᵒ suis: q͏ sunt primi fines eoꝝ: ⁊ iō beatitudines que sunt actus donoꝝ nobiliores sunt donis. Et multo fortius ille si que sunt: que sūt actus virtutū theologicaꝝ: qd͏ iō dico: q͏ glo. Matth. 5. Uere numerātur beatitudines: adaptat enim singulas beatitudines singulis donis paupiatē timori: mititatē pietati: luctum scie: esuriē ⁊ sitim iustitie: fortitudini esse misericordē: cōsilio mūditiā cordis: intellectui esse pacificum sapientie. Ad qōnē ſm mētē propriaʒ.

❡ Fructus aūt duplr͏ pōt capi: vno modo pro eo qd͏ vltimo ab hoie sicut ab arbore pducit͏ habēs in se suauitatē. Alio modo p eo q͏ hō vltimo adipiscit͏. Prio fructus boni de q͏bus hic loquūtur sunt opationes: siue virtutuʒ: siue donoꝝ: q͏ opatio bona est vltimū q͏ hō pducit ⁊ in se habet suauitatē: q͏ in opationibus que sunt ſʒ habitū est delectatio: vnde dicit phs. 2. ethi. c. 3. Signū opꝫ facere habituum superuenientem voluptatem vel tristitiam operibus: ⁊ referenda est voluptas ad opera que concordāt habitui: ⁊ tristitia ad ea que discordāt. Cū ergo vt iā dictū est: actus sit nobilior habitu suo: seqtur q͏ illi fructᵒ qui sunt actus donorum nobiliores sint donis: ⁊ mul/ Fructus duplr͏ capi pōt.

to fortius illi qui sunt actus virtutum theologicarum.
¶ Illi autem qui sunt actus virtutum inferiorum quā
uis sunt nobiliores illis virtutibus quarū sunt actus:ta
men sunt minus nobiles donis. Si autē accipiatur fru
ctus modo secundo:sic fructus est fruitio dei que est in
patria qui fructus est omnibus donis nobilior. ¶ Ex di
ctis patet q̄ oēs beatitudines sunt fructus loquendo de
fructu p̄mo modo:sed nō cōuertitur:q: ad rōnē fructus
sufficit q̄ sit aliqd habens rōnē vltimi delectabilis. Sz
ad rationē beatitudinis vlterius reqritur q̄ sit aliquid
pfectū ꝛ excellēs:ꝛ ideo fruct⁹ sūt quecūqꝫ virtuosa opera i
qbus hō delectatur:sed beatitudines sunt soluz perfecta
opera que rōne sue perfectionis nō vidētur cōuenire ni
si donis ꝛ virtutibus theologicis.

Ad p̄mū **Ad primum** in oppositum dicendū:q̄ bene p
cedit de dispositione habituali.
Fructus aūt ꝛ beatitudines sunt dispositiones que sunt
Ad 2ᵐ actus. ¶ Ad secundū dicēdū:q̄ minor falsa est sicut pa
tebit in dist. sequēti quādo assignabūtur actus donorū.
Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ dona sunt in christi laudem enu
merata tanqꝫ nobiliores habitus q̄ essent in christo in
quātū erat viator charitate excepta:que p̄mo laudat sb
nomine spūs. Fides aūt ꝛ spes pprie loquēdo in christo
nō fuerūt:vt superius visum est. ¶ Clara aūt visio ꝛ pfe
cta tēsio in ipso erāt nō inquātum viator:sed inquantuz
cōprehēsor. ¶ Argumenta ad partē aliā bene cōcludūt
de beatitudinibus. De fructibus aūt est vt sic est vt non
Q̄ō. 3. sicut videri pōt in corpore q̄ōnis. Questio. III.

Argt p̄° **TErtio** querit vtrū dona sint necessaria
ad salutē. Et videtur q̄ nō: quia
per virtutes possunt seruari diuina mandata.
Sed obseruatio diuinoꝝ mādatorum sufficit
ad salutē s̄m illud math. 19. Si vis ad vitam ingredi
serua mādata:ergo nihil est necessariū ad salutē nisi vir
Secūdo tutes. ¶ Itē Grego. 2. li. moral. super illud Job. 1. Uen
tus vehemēs irruit:dicit q̄ spūssanctus dat cōtra stulti
tiā sapiētiā:cōtra hebetudinē intellectū:cōtra precipita
tionē cōsiliū:cōtra timorē fortitudinē:cōtra ignorātiam
sciētiā:cōtra duritatē pietatē:ꝯtra superbiā dei timorez.
Sed cōtra oia ista pōt sufficiēs adhiberi remediū p vir
tutes:ergo non sunt nobis dona necessaria ad salutem.
Tertio ¶ Itē per virtutes theologicas bene se habet homo ad
diuina:per alias aūt bene se habet ad humana:ergo vide
tur q̄ dona non sunt ad salutem necessaria.

In op̄ᵐ primo. **Contra** donū p̄mū. s. sapiētiā est necessariū ad salu
tē:q: sicut dicitur Sap. 7. Neminem dili
git deus nisi eū qui cū sapiētia inhabitat. Ultimū etiam
donum. s. timor est necessariū ad salutē:q: vt dicit Eccl.
1. Qui sine timore dei est nō poterit iustificari:ergo simi
liter videtur q̄ dona media sint necessaria ad salutem.
Secūdo ¶ Itē habitus donis inferiores. s. morales virtutes ꝛ su
periores. s. theologice virtutes necessarij sunt ad salutez:
ergo ꝛ dona que inter vtraqꝫ media sunt.

Ad q̄ōnē s̄m men tē aliorū p̄ma. **Ad istam questionem** dicunt quidā
q̄ dona neces
saria nō sunt ad salutē:q: dantur nō ad opera necessita
tis:sed supererogationis. s. ad actuum virtutū expeditio
nē ꝛ ad maiorē impedimētorū cohibitionē:ꝛ magni di
cūt h. Et est pbabile ꝛ rōnabile:q: ad finez qui est infra
nostrā facultatē nālez sufficit motio rōnis ꝛ voluntatis
cū virtutibus moralibus ꝛ itellectualibus supposita sem
per generali influentia dei. Ad finē aūt qui est super no
strā naturalē facultatē sufficienter ordinamur per virtu
tes theologicas ꝛ morales infusas:q: per illas virtutes p
quas aīa vnitur cū spiritu sancto bene est mobilis ab eo
ꝛ liberū arbitriū a spiritu sancto motū pōt se sufficienter
mouere per virtutes theologicas ꝛ morales infusas ad
2ᵃ op̄°. obseruationem eiuꝫ diuinoꝝ p̄ceptoꝝ. ¶ Alij dicūt q̄
virtutes sine donis nō sufficiūt ad salutē:q: non sufficit
cū p̄dictis virtutibus motio rōnis nisi spūs sanctus per
suū instrumētū moueat:q: quāuis iste virtutes sint incō
parabiliter nobiliores qꝫ acq̄site:tñ illa perfectio que est
per acq̄sitas pfectiori modo habet a nobis qꝫ illa que ē p
infusas:ꝛ ideo nō sic possumus exire in actus earū peas
sine speciali instinctu spūs sancti:sicut possumus in act⁹
acq̄sitarū p acq̄sitas. Res enī nō est sufficiēs ad agēdum
p se qꝫdiu iperfecto modo habet virtutē actiuā:ꝛ ideo p
virtutes theologicas ꝛ alias infusas sufficiēter nō possu
mus moueri in vltimū finē per rōnē ꝛ volūtatē nisi cuz
hoc p spāles instinctus spūs. s. p̄ncipaliter moueamur:si
cut discipulus qui nōdū modo pfecto habet artē medici
ne nō est sufficiēs ad operādū nisi p magistrū suū in ope
rādo dirigat. Dona ergo sunt necessaria ad ptingēdū ad
nostrū finē supernālē que est salus nostra. Qui vult tene
re p̄cē p̄mā que si dona sunt habitus realiter distincti ab
habitib⁹ pfectarū virtutū mihi videt pbabilior.

Potes dicere ad p̄mū q̄ est cōtra eam q̄ p Sustētat op̄ᵐ p̄mam cui magis in heret.
sapiētiā ibi intellexerit sapiens
sapiētiā increatā cū qua ihabitat hō p charitatē. ¶ Uel
pōt dici q̄ p sapiētiā intelligit cognitionē dei cū dictio
ne eius:sine dilectione eni cognitio nō est sapida. ¶ Ad
scdm dōm q̄ nō valet:q: dona nō sic sunt habitus medij
inter virtutes morales ꝛ theologicas q̄ sint necessaria
ad existentiā earū:morales aūt sunt necessarie ad ex̄ntiam
theologicaꝝ:ꝛ theologice ad formationē moraliū:ꝛ ideo
nō opꝫ q̄ si morales ꝛ theologice sint necessarie ad salu
tē q̄ ppter h dona quāuis sint habitus medij sint neces
saria ad salutē. ¶ Ad rōnē adductā pro alia opinione in Ad rōnē opionis.
corpore q̄ōnis dōm q̄ quāuis res qꝫdiu habet mō iperfe
cto virtutē actiuā nō sit sufficiēs ad agēdū p se ad actio
nē perfectā:tñ pōt agere actionē imperfectā. Uel pōt di
ci q̄ virtutes theologice habētur perfecte perfectiōe suf
ficienti ad actus necessitatis ad salutez:ꝛ p eas spūs san
ctus sufficiēter mouet nos ad actus predictos. Qui vult Sustētat 2ᵃᵐ op̄ᵐ
tenere opinionē secūdā pōt dicere ad p̄mū argumentū Ad p̄ᵐ
ad partē p̄mā:q̄ per virtutes nō possent sufficiēter ser
uari mādata sine adiutorio donoꝝ:q: ad sufficiētē māda
toꝝ obseruationē nō sufficit motio que est per rōnē ꝛ vo
lūtatē nisi assit ꝛ illa que est spūssancti instinctu. ¶ Ad Ad 2ᵐ
secūdū dōm:q̄ minor falsa est sicut patere pōt ex predi
ctis. ¶ Ad tertiū dōm:q̄ nō per theologicas sufficiēter Ad 3ᵐ
se haberet hō ad diuina sine instinctu spūs sancti:vt ostē
sum est in corpore questionis. Questio. IIII. Q̄ō. 4.

QUarto querit:vtrū dona remanebunt Argu. p̄°
in patria. Et videt q̄ nō: q: in
patria nō erunt defectus contra quos dantur
dona que sunt stultitia hebetudo ꝛc. que enu
merat Grego. moral. li. 2. ergo si ibi remanēt dona essent
superflua. ¶ Itē actus pietatis est cōpati:sed in pria nul Secūdo
la erit cōpassio. Dicit eni Ber. de diligēdo deo. c. 3. Ubi
iā nō erit miserie locus aut miserie tēpus nullus pfecto
esse poterit misericordie affectus. ergo in patria donū pie
tatis nō remanebit. ¶ Itē in patria nō erit pena:sed si Tertio
cut dicit beatus Joā. in p̄ma cano. s. c. 4. Timor penā ha
bet:ergo in patria nō remanebit donū timoris. ¶ Item Quarto
donoꝝ quedā perficiūt hoiem in vita cōtēplatiua quedā
in actiua:sed vita actiua terminatur cuꝫ ista vita. Unde
Augu. homelia vlti. super Joan. dicit de vita actiua:q̄ to
ta hic agitur vsqꝫ in huius seculi finem:ꝛ illic inuenit fi
nē:ḡ i pria nō remanebūt dona pficiētia aiaꝫ ivita actiua.

Contra christus semp fuit cōprehēsor:sed in ipso fue In op̄ᵐ primo.
rūt dona:ergo videt q̄ ad imitationē ipsius Secūdo
remanebūt in bonis in patria. ¶ Itē illud donū de quo
minus videret. s. timor in patria remanebit. Dicit enim
psalmista: Timor dñi sanctus permanet in seculū seculi:
ergo multo fortius oia alia dona remanebunt.

Respōdeo

Ad qōnē ſm menē ꝓpriā

Reſpondeo ꝙ dona remanebūt in pr̄ia:qḋ ex dictis ſupius ꝯcludi pōt. Dictuȝ eſt.n.ꝙ ſunt pfectiones aie:p quas ē bene diſpoſita ad ſe quendū motiones ſpūs ſcti:hoc aūt maxime erit in pr̄ia vbi erit homo pfectiſſime obediēs deo ſicut aūt ſupius ē dictū de cardinalibus virtutib⁹ ꝙ nō remanebūt i pr̄ia quātū ad act⁹ vie iportantes iperfectionē: ſed habebunt actus conuenientes ſtatui pr̄ie:ſic dico de donis mō ſuo. Qui aūt ſint illi actus qui eis ꝯueniūt p ſtatu vie ⁊ qui ſunt illi qui eis conueniunt pro ſtatu pr̄ie explicabiť in agendo de quolibet dono in ſpāli.

Ad tria argumēta. Ad 4ᵐ

Ad primum in oppoſitū ſcōm ⁊ tertiū dicendū:ꝙ ꝓcedunt de donis quātuȝ ad actus quos hūt in via. ℂ Ad quartū dicendū:ꝙ illa dona que pficiūt hoīeȝ in vita actiua in pr̄ia actus habebunt ꝯuenientes vite contemplatiue.

Conſequenter queriť ď ſcḋo pn cipali ⁊ circa hoc queruntť quatuor. ℂ Primo vtrū deus poſſit timeri. ℂ Scḋo vtrū ālibet timor dei ſit vnū de ſeptem donis. ℂ Tertio vtrū timor ſeruilis euacueť per charitatis aduentum. ℂ Quarto vtrum timor qui eſt donum in patria remanebit. Queſtio. I.

Qō.1.

Argu.pᵒ

Primo oſtendo ꝙ deus nō poſſit timeri:ſpes vtrūq; obiectū ſuū.ſ.⁊ illud qḋ expectat ⁊ illud p qḋ expectatū obtinere ꝯfidit:reſpicit ſub rōne ardui boni:ergo ſilr̄ ter timor vtrūq; obiectū ſuū.ſ.⁊ illud qḋ timet iſligi ⁊ illud a quo timet iſligi reſpicit ſub rōne ardui mali:cuȝ ergo nullus poſſit deuȝ reſpicere ſub rōne ardui mali:nullus pōt ipm timere quocūq; modo. ℂ Itē timor ⁊ ſpes opponunť:ergo cum deus ſit obiectum ſpei nō pōt eſſe obiectum timoris. ℂ Itē illud rōnabiľr timeri nō pōt a quo nō pōt eſſe aliqḋ mali:nec a quo ſimpliciter malum ꝓuenire pōt:ſed deus ē hmōi. Malum.n.culpe qḋ ē ſupra malum ab ipſo ꝓuenire nō pōt:malum aūt pene ſimpliciter bonum ē cum ſit quoddā iuſtū:ergo deus nullo modo rationabiliter timeri poteſt.

Secūdo

Tertio

In opᵐ primo. Secūdo

Contra Eccľ.1. Timēti deū bene erit in extremis. ℂ Itē Augu.1.li.retracta.c.18.ꝙ dixi nullus ꝯſcia deum pōt odiſſe nō video fuiſſe dicēdū. Multi.n.ſunt de ąbus ſcriptū eſt:ſupbia eoȝ qui oderunt te. Sed omne arduum qḋ pōt odiri:pōt timeri:ergo cū deus ſit quid arduiſſimum timeri poteſt.

Ad qōnē ſm mētē ꝓpōneȝ. Deum timeri dupliciter ꝯtingit eē

Reſpondeo ꝙ deum poſſe timeri dupliciter pōt intelligi:aut p ſe:aut per accidens. ℂ Primo modo deus timeri nō pōt:niſi equocādo nomē timoris accipiēdo.ſ.timorē ꝓ reſilitione in ꝓpriā paruitatē ex ꝯſideratione magnitudinis dei. ℂ Secundo aūt modo deus timere pōt īquātum ab ipſo vel p cōparationem ad ipm nobis pōt ꝓuenire aliqḋ malum: vel ſm qḋ ſicut malum pene vel ſimpliciter: ſicut maluȝ culpe. Ab ipſo qdē pōt nobis ꝓuenire malū pene: q̄ tale malum pōt iſligere. Per cōparationē aūt ad ipm non tñ ab ipſo:pōt nobis ꝓuenire malum culpe:illud autem qḋ p ſe timeť eſt ipm malum pene:vel ipm maluȝ culpe: ⁊ huic opinioni ꝯcordat illud qḋ cōiter dicitur de odio dei.ipſe.n.deus p ſe odiri nullo modo pōt:p accidēs aūt a multis odiť.ſ.īquātum redarguens vel puniēs:⁊ ſicut ſe hȝ fuga ad malum abſolute dictum:ita timor ꝓprie dictus ad malum arduum:vñ nō dȝ abſurdum videri dicere ꝙ ſicut deus p ſe nō pōt refugi:ita p ſe nō pōt timeri:timore ꝓprie dicto.

Ad pmū

Ad primum in oppoſitū:pōt dici ꝙ nō oportet eſſe ſimilem cōparationē vtriuſq; obiecti timoris ad timorē:ſicut vtriuſq; obiecti ſpei ad ſpem.ille.n.in quo ſpes ꝯfidit cū ē adeptionis rei ſperate:⁊ ideo oportet ꝙ vtrūq; reſpiciat in rōne boni:ſed illa a quo timem⁹ ſeparari p culpā:nō pōt eſſe illius mali cā:⁊ ideo timor ipm nō reſpicit ſub rōne mali: q̄ tñ cā eſt mali pene:qḋ ēt timeť qḋ nō eſt malum:niſi ſm quid: pōt dici ꝙ timor mali pene deū reſpicit.ſ.p accidens inquātum apphendiť ſub rōne mali ipſi timēti nō ſimpliciter:ſed ſm qḋ.deus.n.ſub rōne qua puniens apphendiť vt malus punitur ſm qḋ ⁊ p accidens:ſimpliciter tñ ⁊ p ſe bonus. ℂ Ad ſcōm dōm:ꝙ nō eſt icōueniens ꝙ deus ſit obiectū timoris ⁊ ſpei ſub alia ⁊ alia rōne: vt ſub rōne iuſtitie punientis ſit obiectum timoris:⁊ ſub rōne miſericordie releuātis ſit obiectum ſpei. ℂ Ad tertium dōm: ꝙ maior eſt falſa. Timeť.n.ille a quo pōt ꝓuenire maluȝ pene ⁊ tale malū ꝓuenire a deo pōt:q̄ eſt bonum ſimpliciter:q̄ dependet ab ordine vltimi finis. ℂ Timeť ēt inquātum pōt pmittere maluȝ culpe qḋ eſt ſimpliciter malum q̄ excludit ordinē ad vltimū finem: bonū aūt dˀ in ordine ad finem vltimū:qui enim timet ne deus iuſte permittat ipſum labi in peccatum timet ipſuȝ ſaltem per accidens. Queſtio. II.

Ad 2ᵐ

Ad 3ᵐ

Qō.2.

Argᵗ.1.

Secundo queriť vtrum quilibet timor dei ſit vnum de ſeptē donis. Et videť ꝙ ſic. Quilibet timor dei bonus eſt: ſed omne bonū dei donū eſt:ergo ālibet timor dei donū eſt. ℂ Itē gloſ.ſup illud. Ro.8. Nō enim accepiſtis ſpūm ſeruitutis ⁊c. Dicit ꝙ vnus ſpūs eſt q duos timores facit.ſ.ſeruileȝ ⁊ caſtū:ergo iſti duo timores ſunt dona dei:ergo a ſimili ⁊ initialis q medius eſt iter vtrunq;. ℂ Item vt ſuperius habitum eſt: habitus diuerſificantur ſm obiecta. Sed cuiuſlibet timoris dei idem eſt obiectuȝ.ſ.deus:ergo oēs timores dei ſunt vnius ſpeciei:qua rōne ergo vnus timor dei eſt donū ſpūſſci eadē rōne ali⁹.

Secūdo

Tertio

In opᵐ primo.

Contra quodlibet donum ſpūſſancti ſtare pōt cuȝ ſpūſancto:ſed timor ſeruilis non pōt ſtare cum ſpūſancto:q̄ non ſtat cū charitate: ergo timor ſeruilis nō eſt donū ſpūſſancti. ℂ Item nulluȝ donū ſpūſſancti opponiť virtuti ſed timor opponiť virtuti ſpei : ergo nullus timor eſt donum ſpūſſancti. ℂ Item habitus bonus habens deum ꝓ obiecto eſt theologica virtus. Sed quilibet timor dei:deuȝ habet pro obiecto:ergo quilibet timor dei eſt theologica virtus:ſed vt ſupius oſtenſum ē dona a virtutib⁹ diſtinguunť:ergo nullus timor dei:donum eſt ſpirituſſancti.

Secūdo

Tertio

Ad qōnē ſm mētē ꝓpriam. Timor q̄drupleх.

Reſpondeo ſm qḋ colligi pōt ex verbis ſanctoȝ ⁊ magiſtri in littera preter illum timorem q eſt paſſio quadruplex eſt timor.ſ.mundanus ſeruilis initialis ⁊ filialis. Primus nō eſt dei timor nec donū eius ⁊ ſemp malus eſt.oriť.n.ex amore mundano q̄ ſemp malus eſt:q̄ fineȝ ꝯſtituit in rebus mūdanis: hoc timore facit homo qḋ non debet facere:aut omittit quod debet facere vt p hoc penā fugiat tpalem. Scḋo timor dei eſt ⁊ dať a deo rōne eſſentie ſue nō ſub rōne qua ſeruilis:q̄ ſub tali rōne malus eſt:hoc timore cohibet ſe homo a peccatis vt fugiat penam eternā qui ſeruilis dř q̄ principalius timet penam q̄ culpam:hic timor quamuis rōne ſue eſſentie a deo deť nō tñ eſt timor qui eſt vnū de ſepteȝ donis ſpūſſancti:q̄ pōt eſſe ſine charitate. Nullum aūt donum ſpūſſancti ſine charitate eſſe poteſt:quia per illā efficiť anima vt ſit bene mobilis ab inſpirationibus ſpirituſſancti qui in nobis habitat:⁊ cui vnimur vt motori per charitatem. ℂ Tertius timor dei eſt ⁊ datur a deo:⁊ credo ꝙ ſit vnum de ſeptem donis ſpirituſſancti ſub eſſe tamen imperfecto.non.n.videtur differre a filiali:niſi ſm ſimilitudinem qua imperfecta charitas differt a pfecta. Timor.n.initiali cohibet ſe homo a peccato principaliter ad vitandam diuinam offenſam:⁊ ſecūdario ad vitandam penam eternam:qui ideo initialis dicitur ꝙ ē initiuȝ filialis timoris p charitatem inchoatā. ℂ Quartus etiam timor dei eſt:⁊ datur a deo ⁊ eſt vnum de ſeptē

Cur dˀ timor initialis

donis spūssancti subesse pfecto: p ipsum enim reddit aia bene mobilis ab īspirationibus spūssancti: q: p ipsum ei se subycit ꝛ in nullo repugnat: sicut aūt ex repugnantia mobilis ad motorē ipedit motus: ita ex plena subiectiōe mobilis ad motorez reddit motus pfectior: ꝛ sic patet ex pdictis ꝙ quāuis quilibet timor dei sm essentiā suā sit a deo ꝛ donū dei large loquendo non tñ qlibet timor dei: est vnū de septē donis spūssancti enumeratis. Esaie.11.

Ad argᵃ. **Ad primum** ꝛ scđm dōm: ꝙ procedūt de dono dei large vel cōmuniter dicto.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ timoris proprie dicti deus nō ē obiectum p se ꝛ primo: ꝫ arduū malum: ꝛ q: alterius rōnis est arduū malum pene qđ est obiectuz timoris seruilis p se ꝛ primo: ꝛ malum arduū culpe ꝙ est obiectū p se ꝛ primo timoris initialis ꝛ filialis: ideo timor seruilis sm speciem differt ab initiali ꝛ filiali. Habitus.n. distinguit sm distinctionez obiectoꝝ que sunt obiecta p se ꝛ pmo. Initialis aūt ꝛ filialis: q: nō differūt: nisi sicut pfectum ꝛ imperfectum eiusdē speciei sunt ꝛ vtrūqꝫ donum spūssancti est: vnus sub esse pfecto alius sub esse imperfecto.

Ad pᵐ **Ad primum** ad partē aliam dōm: ꝙ sicut fides informis sub rōne qua informis nō pōt stare cum charitate tñ ipse habitus fidei informis adueniēte charitate formaf: ita timor seruilis sub rōne qua seruilis stare nō pōt cū charitate: nec sub illa rōne ē a spū sancto. Ipse enim habitus adueniente charitate formaf.

Ad 2ᵐ ¶ Ad scđm dōm: ꝙ timor nō opponif virtuti spei. Nō.n. timemus p timorez q a deo est: ne nobis deficiat illud qđ p diuinū auxilium obtinere spamus: sed illi innitamur auxilio: sed timemus ne nos ab illo auxilio subtrahamᵘ.

Ad 3ᵐ ¶ Ad tertiū cū dicif: ꝙ habitus bonus: habens deum pro obiecto est theologica virtus ꝛc. dico ꝙ verum est: si deum habeat pro obiecto p se ꝛ pmo ꝛ īquātum trāscendit nostrā nālem facultatez. Deus aūt nō est obiectum timoris per se ꝛ primo: sed malum quod quis principaliter refugit: siue sit malum pene: siue sit malum culpe.

Q.6.3. Questio. III.

Argᵃ. pᵒ **Tertio** querif vtrū timor seruilis euacuetur p charitatis aduētū. Et videt ꝙ sic. Sicut amor charitatis opponif mercenarius amor: ita casto timori opponif seruilis timor: sed mercēnarius amor nō est simul cū charitate: ergo nec seruilis timor stat cum timore casto ꝛ ex ꝯsequenti nec cum

Secūdo charitate. ¶ Itē habitu timoris seruilis habituatur homo ad plus timendū penam eternā ꝙ̄ dei offensam: sꝫ talis habituatio nō pōt simul stare cum charitate: ergo nec

Tertio seruilis timor. ¶ Item magister in lrā pccupat mentē timor: nō aūt ibi remanet: q: ideo intrauit vt introduceret charitatē: ꝛ ponit exēplum parum ante de seta ꝛ filo.

In opᵐ. primo **Contra** initiū sapientie nō expellif p charitatez: q: in hoc non includif aliquid charitati repu

Secūdo gnās. Sed sicut dī ecclastici pmo. Initium sapiētie ē timor dñi: ergo timor nō excludif p charitatem. ¶ Item sapientia non euacuatur per charitatis aduentum: sed sicut dicitur Job.28. Timor domini ipse est sapientia: ergo nō euacuatur per charitatis aduentum.

Ad qōnē sm mētē propriaꝫ. **Respondeo** ꝙ cum dico timorem seruilē duo dico. s. ipsam essentiā timoris: qua timef eterna pena ꝛ seruilitatē que ꝯsistit in hoc ꝙ nō timef diuina offensa ista seruilitas nō ē in hoīe p ipsum habitum quo pena timef eterna. Timere.n. penā eternā bonū ē: nec radix pōt esse seruilitatis p se: sed illa seruilitas prouenit ex carētia charitatis: q: ergo illa seruilitas: nec est de rōne pdicti habitus: nec eius accidens īseparabile ꝛ opponif charitati: ideo p aduentū charitatis seruilitas excludif: ꝛ essentia pdicti habitus relinquitur ꝛ formaf.

Ad pᵐ **Ad primum** in oppositū dicendū: ꝙ maior est falsa: q: mercēnarius amor sm suam rōnem ppriam opponif charitati. Est.n. mercēnariᵘ amor: quo deus amaf pp tpalia bona: sicut pp principalē finez: ꝛ ideo ille amor semp est malus. Timor aūt seruilis nō opponif timori casto sm rōnem sui habitus: q: timere penā eternā ꝛ diuinā offensam non opponunf: sed tñ

Ad 2ᵐ opponif ei ratione seruilitatis. ¶ Ad scđm dōm: ꝙ maior falsa ē. quāuis.n. p illum habitum nō habituet homo ad timendum diuinā offensam: tñ non habituaf ad non timendū eā: q: talis habituatio esset mala: sed p illuꝫ habituaf homo ad timendū penā eternā. Q aūt non timeat diuinā offensam: vel minus timeat ꝙ̄ penā: hoc puenit ex absentia charitatis.

Ad 3ᵐ. ¶ Ad tertium dicendū: ꝙ ibi magister loquitur de timore seruili īquātum seruilis est.

Ad argᵃ in oppᵐ **Argumenta** ad partem aliā: quāuis gr̄a pncipalis ꝯclusionis possint concedi: tñ due auctoritates idigent declarari. Cū.n. dī timor initium sapientie: hoc nō debet itelligi quātuꝫ ad eius essentiam: sicut dicemus ꝙ initium artis sunt pncipia ex quibus pcedit ars. sic.n. fides pncipium est sapientie que ē donū: sed hoc itelligi debet quātum ad sapientie effectᵘ: sicut dicimus ꝙ initiū artis edificatorie est fundamētū: aliter tñ est initiū effectuū sapientie timor seruilis ꝙ̄ filialis: q: timor seruilis est sicut pncipiū extra disponens: ꝙ p hoc: ꝙ aliqs timore pene cohibeat se ab actibus malis disponit se ad effectus sapientie. Timor aūt filialis est pmus sapientie effectus. Cum.n. ad sapientiam ptineat ꝙ vita humana regulef sm rōnes diuinas hinc oportet sumere pncipium vt homo deum reuereaf: ꝛ ei se subijciat. ¶ Ad aliam auctoritatem dicendū: ꝙ q: timor dei cōparaf ad vitam humanam sm diuinas rationes p sapiētiam regulatā: sicut radix ad arborem dicente sapiente ecclesiastici.1. Radix sapientie timere dominum. Ideo dicitur sapientia sicut radix: in cuius virtute dicitur esse tota arbor.

Q.6.4. Questio. IIII.

